




**Ivdas Iscariotes, tragoeidia nova et sacra, lectv & actu festiuæ  
& iucunda. Thoma Naogeorgo autore.: Adivnctae svnt  
quoq[ue] duæ Sophoclis tragœdiæ, Ajax flagellifer &  
Philoctetes, ab eodem autore carmine uersæ.**

<https://hdl.handle.net/1874/420676>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnde
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**


- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board





30





**N**aturā p[ro]p[ter]e d[omi]ni es in eternū

## Litterae Latinae

Octavo n°. 101.

כִּי־בְּשָׂרֵךְ וְבַּלְעָדֶךְ כִּי־בְּשָׂרֵךְ וְבַּלְעָדֶךְ  
אֲמֹתָנִי אֶת־בְּנֵי־בָּנָה אֲמֹתָנִי אֶת־בְּנֵי־בָּנָה  
וְבָנָה־בָּנָה וְבָנָה־בָּנָה וְבָנָה־בָּנָה וְבָנָה־בָּנָה

101

14.247. f.c.k.

~~116~~

# IVDAS IS


CARIOTES, TRAGOE-  
DIA NOVA ET SACRA, LECTV  
& actu festiva & iucunda. Tho-  
ma Naogeorgo au-  
tore.

ADIVNCTAE SVNT  
quocq; duæ Sophoclis Tragœdiæ, A-  
jax flagellifer & Philoctetes, ab  
eodem autore carmine  
uersæ.

## AD LECTOREM.

Ingenium fatumq; atrox narramus Iude,  
Quoq; modo sanctum uendiderit Dominum  
Inde flagelliferum Aiacem, notiq; dolores  
Facti, quiq; suo se induerit gladio.  
Deinde Philactetæ casus iustasq; querelas,  
Quiq; ad humum tandem cesserit iliacam.  
Hec iucundatibi lectu paruo are parabis,  
Si non plus nummos diligis ac studia.





MAGNIFICIS ATQVE  
PRAESTANTISSIMIS VIRIS  
ac Dominis, Magistratibus ac senatu  
Argentoratensi, Dominis suis pluris  
mum obseruandis. Thomas

Naogeorgus.Straub.

S. D. P.



ON ME PRAETERIT  
(Magnifici proceres) multos esse  
præsertim ex ijs, qui magnos scria  
bunt libros, sibiq; ijs mirifice pla  
cent, qui meum hoc Tragedias scri  
bendi studiū improbent ac reprehendant, atq; etiam  
irrideant, dicantq; ex à professione mea etateq; alien  
num. Quibus ego si respondeam peruulgatum illud,  
non omnes posse omnia, abundè me responseone per  
functum esse arbitrarer, sed profecto φιλοτεχνα est,  
que sua cuiq; pulchra, atq; aliena sordida facit, ea  
etiam sit, ut non uideamus (ut ille ait) manticæ quid  
intergo est. Non sanè temere mihi quicquam arro  
gare uelim, sed hoc non denego, quin diuina concessa  
gratia, si libeat uerbosos in sacra uolumina scribere  
queam ex ipse commentarios, grandesq; Postillas ex  
Catechismos, quibus iam ubiq; omnia perstrepuunt,

A 2 sed

sed diuturnum duntaxat odi laborem, magisq; is mihi  
arridet, qui in mense uno aut altero, aut ut plurimum,  
sex potest absolui, ut inde quasi renouatis viribus ani-  
moq; recreato ad alium nouum me conferre possim.  
Quapropter si illis libet in magnis operibus immo-  
rari, laudo, et magnifico, concedant modò mihi, ut  
me paruis quibusdam opusculis oblectem. Præterea  
neq; est in honestum aut ulli ætati indecorum Tragœ-  
dias scribere, quum magni olim viri summam in eo  
operam posuerint, Iuliwq; Cæsar scripsit Oedipo-  
da, atq; Octavius Augustus Aiacem, quem quum ab-  
oleisset parum succidente stilo, et quodam queren-  
te quid ficeret ipsius Ajax, respondit eum in spongi-  
am incubuisse. Nolo alios illustres commemorare vi-  
ros, quum hi duo summi viri et imperatores satis de-  
clarent, quid de Tragœdijs senserint, ut qui non mo-  
do non erubuerint, sed etiam inter maxima posuerint  
Tragœdias scripsisse. Nostro quoq; seculo magnus  
ille Erasmus Roterodamus, præclarus Theologus,  
duas uertit Euripidis Tragœdias, easq; tanquam ope-  
rum suorum primitias Archiepiscopo Cantuariensi  
nuncupauit. Sed fortasse meas fabulas aliquis Tragœ-  
dias esse negat. Id mihi perinde est. Cum nemine rixas  
bar de nomine, quanquam hercle uidere nequeam, cur  
hoc nomine sint indignæ. Morosis omnibus et calum-  
niatoribus satisfacere impossibile est. Ego eas interim

Ita appellabo, dum prodeant spirantes ampullas, &  
proiçientes sesquipedalia uerba, qui ueteris cothurni  
exempla præscribant, quales ego hoc seculo nondum  
legi neq; audiui. Cur autem dedebeat professionem  
meam? Si Theologiae officium est docere pietatem  
uerumq; Dei cultum, & uitam Deo placentem bo-  
naq; opera tradere, atq; è regione reprehendere im-  
pietatem, falsosq; cultus uitamq; prauam, hec om-  
nia quoq; nostris insunt Tragœdijs, & efficacius  
quodammodo docentur. Nam,  
Segnius irritant animos demissa per aurem.

Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus.

Vt Flaccus ait. Nihil refert si diuersis eatur uis, mo-  
do perueniat ur ad eundem terminum. Possem singu-  
latim ostendere, quo pacto sana tradiderim, taxas  
rimq; impia, si uel obscurum esset, uel honestum bela-  
lumq;, ut quis suorum scriptorum fiat encomiastes.  
Quare hæc prætero. Hoc summatim dico. Nihil est  
à me omissum quod ad Theologiam pertineat synce-  
riorem, sed ad iesu Christi gloriam noticiamq; ampli-  
ficandam sedulus incubui, nisi quod hoc ludo feci, spe-  
ctandumq; proposui, cum aduersariæ doctrinæ (sicuti  
meretur) irrisione. Quamobrem non est, ut quia liams  
ad docendum sana ingrediuntur uiam, nostra exhibi-  
tent & explodant, & tanquam puerilia nugaliaq;  
que piam offpernentur. Hæc præfari libuit (amplissi-

mi proceres ) ne uobis quoq; illorum quispiam impo-  
nat , quo hæc nostra ceures leues atq; futilis ab iusti-  
tis , sed iudicetis ipsi potius , quam ex maleuolorum  
quorundam præiudicio feratis sententiam.

Restat nunc , ut quam ob causam hanc Tragœdiam  
scripse im , exponam . Mirabiliter hisce annis aliquot  
omnes hominum status cribrauit Satanus , fecitq; re-  
uelari ex multis cordibus cogitationes , ut Simeon ait  
apud Lucam . Antea enim quam plurimi , Euangelij  
Christiç summi certiq; uideri uoluere esse fautores ,  
discipuli , propugnatores , & quid non ? quum interim  
clanculo alia Euangelij prætextu & occasione quæ-  
rerent , hic uoluptates , ille libertatem carnalem , hic  
honores , ille diuitias atq; lucra , aliis aliud . Volue-  
runtq; pleriq; resuas pro uoto cōfiscere , simulatione  
Euangelicæ cognitionis applicationeq; ad eas princi-  
pes & magistratus , qui uerè & ex animo Christum  
ueritatemq; amabant . Ea simulatio sanè eò usq; ua-  
luit , dum tranquilla fuere tempora , indexq; sinceri-  
tatis absuit , persecutio .

Porro simulat , ex aduerso flauit uentus , &  
persecutionum procella ingruit , ualedixerunt Eu-  
angelicæ ueritati , seq; in aduersariorum castra  
contulerunt , ubi nempe quæ ante quæsierant ex Eu-  
angelio , luculentius atq; cumulatius se consequi pos-  
se sperarunt . Et fortasse ijs qui ui compulsi à ueritate

ad mendacia declinarunt, uenia dari potest, neq; ego  
nunc de illis ago, si modo uis intelligatur mortis aut  
uinculorū, non uenitris periculum. Sed quid dicemus  
de ijs, qui nulla ui præsente ac urgente, uerum ultro  
aduersariorum adiuuerunt partes, partim scribendo,  
partim silendo, partim astipulando, propterea dum  
taxat, quod in aduersariorum penu omnia copiosio-  
ra splendidiora q; opes maiores, uoluptates liberio-  
res paratiioresq; , fauorq; utilior apparerent? Et  
quanquam hi pessimi sint, ut qui Deo quoq; sint infidi,  
sunt tamen peiores, qui auaritia adeoq; diabolosua-  
dente ueritatem deseruerunt, et flexiloquis scriptis  
deprauarunt, adq; aduersariorum nutum agunt et  
loquuntur omnia. Sunt in hoc genere docti atq; indon-  
eti, sed nulli magis odio digni, quam qui in ipsis Chri-  
sticastris antea militarunt docendo, magniq; habitu  
sunt, nunc magna mercede ueritatē oppugnant, et  
stolidissimas spargunt nugas de fulcienda ceremonijs  
ecclesia, ut pote uetula quæ aliter iam ingredi nequea-  
at, uidelicet ut ita totum paulatim Antichristi intro-  
ducant regnum.

Horum me hominum indignitas mouit (magnifici-  
ari) ut hanc scriberem Tragoediam . Neq; enim ul-  
la eos persona melius expresserit, quam ludæ Iscario-  
tis discipuli pariter et proditoris . Quemadmodum  
enim ille inter discipulos aliquandiu habitus est bonus,

Christiq; negotij sedulus promotor docendo & mira-  
cula edendo, sicut & cæteri, nemini cognitus preter-  
quam ipsi Christo Domino, quod esset fur & diabo-  
lus, suaq; sub Euangelico negocio quæreret, ita & illi  
olim inter summos præcipuosq; censiti sunt Christi  
ministros, ueritatisq; antesignanos, non licebat suffici-  
cari eos aliquando desertores & proditores fore.

Sed profecto initio quoq; nomen, autoritatem,  
dignitatemq; suam non Christi amplificare studebant,  
aurum congerere, honores adipisci, res suas quiete cõ-  
ponere, imperium occupare doctrinæ intendebant,  
quod tum solus nouerat Dominus. Ut igitur Iudas  
tandem auri coecus amore & ob lucellum impedi-  
ditum irritatus semetipsum toti mundo prodidit qua-  
lis erat, ita hi quoq; se etur pissimè prodiderunt, pro-  
duntq; quales fuerint, dum ut principibus quibusdam  
placerent, eorundemq; furorem acquirerent, mune-  
raq; & pecunias aucuparentur, inanissimis menda-  
cijs & offucijs sanam doctrinam contaminarunt, eccl-  
esiæ conturbarunt, oppugnaruntq; ueritatem, atq;  
hactenus in eo sunt. Nec dubito quin eos etiam diuina  
propediem sit ultio apprehensa, sicut & Iudam ap-  
prehendit. Cæterum de Iuda hactenus.

Adiunxi autem huic Aiacem & Philoctetam Sos-  
phoclis, quas hoc tempore uerteram, quod præ cæte-  
ris multo

q;is multa mihi ad uitam agendam moresq; forman-  
dos utilia, & animaduersione digna continere uide-  
bantur, ut quiuis etiam partim ex sententijs, partim  
ex personis intelligere potest. In Aiae enim ipso cer-  
nimus uires corporis quidem egregias, ab hostibusq;  
inuictas, ad hoc animum ad bella & egregia facinora  
promptum & alacrem, satisq; prudentem in rebus  
bellicis et alienis, at desipientem in proprijs, uictumq;  
ab ira atq; ambitione, ut in extremam incideret cala-  
mitatem. Atq; huiusmodi ferè sunt generosi fortisq;  
fortitudine corpore auriri. Conscijs enim propriæ for-  
titudinis qua multis possunt prodesse, magnasq; res  
efficere, omnia prima sibi deberi putant, & gerrimeq;  
ferunt sibi quicquam negari: repulsam, ignominiam,  
pudorem, dedecus, atq; aliqua in referre secundas,  
tanquam crucem mortemq; abominantur, fugiuntq;  
Talem Homerus etiam depingit Achillem, ab omniis  
bus inuictum præterquam ab ira. Talis etiam fuit  
Achab rex Israël, qui ob negatam sibi uineari in gra-  
uem animi atq; corporis & gritudinem incidit, uixq;  
morte Nabothi restitutus est, ut sacra tradit historia.  
Quid Samson? Quas strages dedit ira commotus?  
Qui postremò quoq; uindictæ cupiditate semet ipsum  
unum cum hostibus ruina opprescit. Si huiusmodi natu-  
ris moderatio quoq; inesset & gritudinem atq; cupidio-  
ratum, proprioq; animo noscent imperare, nihil ab-

A s solutus

Solutius atq; laudabilius fieri posset , sed arcano Dei  
consilio non omnibus omnia data sunt. Docemur itaq;  
in Aiakis persona temperantiam adhibendam esse af-  
fectionibus, frenandasq; esse cupiditates , eumq; uero  
fortem qui animum suum possit uincere . Mibi enim  
frustra ille fortis est , qui pudore superatus aut ira , aut  
metu , aut libidine , sibi ipsi mortem consicicit , licet hoc  
ethnici in præclarissimorū facinorū numero ponant.  
Vlisses personam gerit politici & prudentis uiri , qui  
omnia agat cum consilio , & quabilem q; se præstet in se-  
cundis & aduersis , spectet q; aequitatem seposito odio  
atq; ira , alijsq; similibus iudicio aduersantibus uero.  
Agamemnon atq; Menelaus tyrannorum typum ge-  
runt , qui freti potentia nihil non audent , imperant ,  
& efficere conantur , quiq; non uerecundantur dicere  
id quod Caius Caligula Antoniæ auiae monenti dia-  
xisse fertur , Memento mihi omnia & in omnes licere .  
Græcorum legibus de sepulturis cadauerum religiosè  
ac honestè cautumerat , ijs tamen contemptis obuin-  
dictæ cupiditatem Aiacem defunctum prohibebant  
sepeliri , sed cambus uolebant uulturibusq; obijci .  
Quād deniq; non regium , sed scurrile & turpe est ,  
quod conuicijs & maledictis detonant aduersus Teu-  
crum fratris tuentem cadauer ? Teucer exemplum  
præbet fraterni & constantis amoris , qui nihil non  
dicit facitq; ne Ajax frater ludibrio exponatur sepul-  
turaq;

Surag; priuetur. In altera Tragedia Vlisses inducatur uaser, quiq; dolis studeat Philoctetam perducere ad Troiam, quum id oracula sua fissent: quippe aliter Troiam capi non posse. Quia me ego uafriciem nō probbo, fugiendamq; iudico, tametsi interdum res pro uoto conficiat. Nam dolis & mendacijs uti ad alium decipiendum, non est hominis integri ingenuiq;, sed fraudulentie & impostoris. Quin & natura compаратum est, ut mendaces & dolosos odio habeamus. Quare & Neoptalemus generosi animi adolescens, difficulter & non nisi maximis propositis utilitatibus persuaderi potest, ut uice Vlissis Philoctetam aggrediatur dolis arcumq; auferat. Cuius tamen factum paulo post paenitentia cœpit, quum se præter ingenium suum mendacijs atq; dolis Philoctetam decipisse agnosceret, restituitq; arcum Philoctetæ, reclamante quamuis Vlisse.

Philoctetes uir bonus & iustus, à uipera morsus infandisq; excruciatuſ doloribus, tandemq; à Græcis in Lemni deserto relictus loco, miserabilemq; illic agens uitam, ostendit integris uiris præter meritum interdum accidere calamitates, eosq; affligi impiorum paenit, ut & Salomon scribit in Ecclesiaste. Habemus etiam exemplum huius in Hiobe, qui nullam etiam ob causam, tantum Satana expetente, damnis grauiſsimis acerbissimisq; doloribus afflictus est. Quod

Quod autem Græci Philoctetam missa nauere pe-  
tunt reuocantq; quem prius indignè abiecerant, quid  
aliud præ se fert quam mundi ingenium atq; mores  
uel ex inferis reuocantis, si quo opus habet, atq; rura  
suscitare prudentis postquam opera data est? In Philo-  
ctete non laudo animi duriciem, quod minis accepte  
memor iniuriæ, proprijs etiam obfistat commodis, res-  
ijciatq; omnia amica consilia. Sunt in utraq; Tragœ-  
dia per pulchræ atq; utiles sententiæ, planeq; dignæ  
quæ memoriae commendentur, quæ me etiam impu-  
lerunt, ut uersioni incumberem. Legitimo autem uer-  
ti carmine, præterquam quod in chorœ carminum ua-  
rietatem non sum imitatus, & in Anapæsticis dacty-  
lo in paribus locis sum usus, quod admonere uisum est,  
ne critici dicant inscitia factum.

Vobis autem (præstantissimi proceres) hasce meas  
lucubrations nuncupauit, quod uos & ueræ pietatis  
iam à multis annis studiosissimos cognouerim, pari-  
terq; singulares patronos bonarum artium atq; lite-  
rarum. Quid autem hisce laudabilius uel in principiis  
bus uel ciuitatum magistratibus inueniri aut dici que-  
at? Nam cætera quidem studia uel ad pacem conser-  
uandam, uel ad iudicia iusta facienda, uel ad rem to-  
tam publicam regendam, augendam, ornandam sta-  
biliendamq; facientia, sunt ea magna quidem & præ-  
clara, sed tamen quæ communia habeamus cum eth-  
nicis

nicis & turcis: unum autem studium, ut uera pietas  
subditis proponatur & amplificetur conserueturq;  
literarumq; honesta studia florent atq; alantur, lon-  
gissime separat non solum ab ethnicis, uerum etiam &  
quam plurimis qui sese Christiano uenditant nomine.  
Quid autem est pietas Dei q; cultus atq; religio uera,  
nisi perfecta cognitio Seruatoris nostri Iesu Christi,  
quod propter eum unum habeamus Deum patrem  
propicium, remissionemq; peccatorum & uitam æ-  
ternam? Hoc enim caput est, unde cætera descendunt.  
Hinc facile intelligi potest, quid de bonis operibus,  
ceremonijs, ritibus, diuersisq; hominum statibus sen-  
tiendum sit, quiaq; tota uita fit degenda. Quo ignora-  
to & non obtento, omnia tenebrarum, errorum, hala-  
lucinationum, superstitionumq; plena sint necesse est,  
sicut euidenter cernimus in omnibus qui Euangelij  
luce carent. Porro uos statim ab initio doctissimos ad  
docendum Euangeliū vocatis viros, qui Christi  
cognitionem non solum uiua uoce, sed etiam doctissi-  
mis editis libris sincerè, constanter, atq; adeo maxi-  
mo cum fructu palam docuerunt. Nam tota uestra  
ciuitas Christi cognitione impleta, eiusq; inde bonus  
odor in finitimas quoq; nec non longinquas sparsus  
est regiones. Si igitur Christi cognitione adeoq; patris,  
uita æterna est, ut scribitur Ioan. 17. atq; ideo thea-  
saurus in mundo omnium maximus, uerè coelestibus  
bonis

bonis uestram ciuitatem exornastiis atq; locupletasti  
Ferè enim ubiq; in ciuitatum magistratibus situm est  
quam doctrinam audiat & sequatur populus , bi-  
terq; felices illi, qui ipsi Christum amant, norunt q; re-  
ligionis ueræ sumnam, atq; deinde etiam plebi fac-  
iunt proponi, sicuti à uobis diligentiss. mē factum est  
Magnum hoc & inenarrabile Dei donum , quem adi-  
modum omnes electi sciunt & conuentur , ubi ma-  
gistratus ad Christum uitamq; eternam se tulò p̄r̄it  
populusq; lubens sponteq; sequitur. Quid refert si ob  
hoc impiorum sodalitia tremunt , conuiciantur , di-  
risq; deuouent & persequintur? Beati estis ( inquit sa-  
luis autor ) quum maledixerint uobis homines , &  
persecuti uos fuerint & dixerint omne malum aduen-  
sum uos mentientes , propter me . Gaudete et exultate,  
quoniam m̄rcres uestra copiosa est in cœlis. Quam  
abrem aduersarij potius ob profundam animi cœci-  
tatem commiseratione digni sunt , quam ut uos ob ih-  
lorum conuicia animo frangamini. Quid deinde illud  
quanta laude dignum est ? quod quum in proximi-  
eccliarum uastatione pleriq; omnes suis ipsorum  
manibus atq; cura idolatrias atq; superstitiones ri-  
tusq; Euangilio aduersantes restituerint , uos soli con-  
stanter id facere recusaueritis , sed cesseritis eam cu-  
ram istis qui eiusmodi rerum sunt stufoſi , quiq; nul-  
lam aliam religionem Dei q; culcum cognoverunt!

Piè enim & Christianè existimastis impios à uobis  
cultus ritusq; demoliri potius atq; è medio tolli oportere,  
quam restitui. Nam qui restituunt, que antè sunt  
demoliti, semetipso declarant prævaricatores, ut D.  
Paulus Galatis scribens dicit 2. Vt cunq; ergo cæteri  
quærant sui facti excusationes, uos certè hac à præ-  
varicatione iure & rectè abstinuistis, quod laudem  
quoq; uobis pariet sempiternam. Iam si omnium pio-  
rum tacitus inter ipsos consensus est & amor, ita ut  
si quem pietatis studiosum etiam longo à nobis se-  
motum interuallo prædicari audimus fieri non possit,  
quin animis coniungamur, non mirabimini (magni-  
fici uiri) si uestras ego quoq; uirtutes, uestra pietatis  
studia, uestrum in Euangelio Dei conseruando ani-  
mum suspiciam magnificiamq; meumq; uicissim erga  
uos animū hoc exiguo libello contestem. Accedit huc,  
quod inter omnes huius seculi rectores ciuitatū, singu-  
lares uos exhibeatis studiorum bonarumq; literarum  
patronos & promotores, talesq; institueritis Aca-  
demiam, que neq; doctissimis professoribus & magi-  
stris, neq; discipulorū profectu omniq; laude ulli Ger-  
manie cedat Academiarū, unde facere non potui quin  
uos hisce lucubrationibus asciscerem patronos, ea  
plane fiducia, uos patrocinium non grauatè suscep-  
turos. Quare suscipite, rogo, quicquid hoc est libelli,  
serena fronte, animumq; ergo uos meū boni consulite,

meq;

meq; habetote cōmendatum. Dominus Iesus uestram  
republicam pariterq; uos sapientissimos gubernati-  
tores perpetuo florentes ac incolumes conseruet.  
Dat. Stutgardiae 12. Septembris 1552.

IVDAS ISCARIOTES  
TRAGOEDIA NOVA ET SACRA,  
Thoma Naogcorgo  
autore.

PROLOGVS.

Faute linguis & date audientiam;  
Quid adferamus ut queatis discere.  
Quam fabulam in præsentia acturi sumus,  
Nota simul & noua est. Quem enim fugit omnium  
Quo pacto Iudas tradiderit argenteis  
Triginta Iesum, ipsiusque se suspenderit?  
Hæc nota sunt & pauca alia. Porro nouæ  
Hæc nota tractauit Poeta pro suo  
Arbitrio, & ita ut fabula esset plenior;  
Vobisque adeo incunditati quatenus  
Efficere posset. Cæterum illud optimè  
Djudicabit uestra post humanitas.  
Sic rem tenetis, nempe primis lineis  
Et rude opus, ipsa uos docebit actio,  
Haud difficulter iuncta que sunt cæteræ:  
Attendite modo diligenter, interim  
Alijs relictis cogitationibus,  
Eurisque omissis paululum maioribus.

PERSONAE.

Satana.	Iesus.
Sargannabus.	Petrus.
Iudas.	Sebulius hospes.
Conscientia.	Phisutes.
Caiaphas.	Nigidus dux.
Malchus seruus.	Syrus seruus.

ACTVS PRIMVS.

SCENA PRIMA.

Satana. Sargannabus.

**S**atis est quærelæ, me nec ipsum preterit,  
 Versemur omnes quam graui in periculo.  
 Nostrisq; rebus quanta sint incommoda  
 A Nazareno inuecta Iesu, pellimur,  
 Calcatur ipsi, hominesq; nostris retibus  
 Iugoq; subtrahuntur indies magis,  
 Quam tota Hebreorum patet prouincia  
 Quam ipsius operatam per eius asseclas,  
 Ut hercle promissum esse semen arbiter  
 Calcare nostrum debeat quod sinciput.

Sed

Sed quid querele ex uerba prosunt tristia?  
Industria opis est ex sagaci pectore,  
Operaq; iugiter renitenti malis.  
Incommodum acceptum reponi aliquà ut queat;  
Hoc interim soletur omnes, quod licet  
In rebus alijs damna dare, si in corpore  
Animaq; non conceditur quantum antea.  
Proceres adhuc quoq; ex sacerdotum cohors  
Atq; Pharisæi & cæteri sectarij,  
Doctiq; publicæq; principes rei  
Nobis adherent, nostra firmi promouent,  
Et mordicus tuentur, eadem & sentiunt  
In persequendo Nazareno, & illius  
Odio, & propediem ei malum magnum dabunt;  
Eiusq; cunctis spero sectatoribus.  
Qui quamlibet sint plurimi, sex sunt tamen  
Abiecta plebis nulliusq; nominis.  
Proinde non est quod adeo tristemur, aut  
Despondeamus corda, quin etiam neq;  
Ei quod inuideamus, algas littoris  
Sibi legit, auratis, lupis, & ostreis  
Chiroq; nobis permanente acipensere.  
Vescitur holeribus, nos apris siluestribus,  
Ut nostra longè conditio melior fiet.  
Quin illud etiam spero postremò fore  
Ut etiam ab ipsis deseratur fecibus,

Vulgoq; in utramq; citò partem mobili  
Si quando principes eum comprenderint.  
Sic uulgus est enim, manum ut si uerteres,  
Impelleresue pede luti figuli rotam.  
Fauet secundis atq; plaudit alacriter,  
Recedit aduersis, fidemq; deserit.

SAR. Ego neq; discipulos reor firmos fore.

SAT. Fieri potest. Sed istud unde colligis?

SAR. Scis hanc fuisse meam hactenus prouinciam  
Cum Raschate hoc alijsq; quos adiunxeras,  
Eos ut obseruarem, & in id incumberem  
A Nazareno auellerentur ut modo  
Quouis, & in nostra traherentur dogmata:  
Fecere sua sedulò alij, mira omnium  
Ruditas stupiditasq; est, amant sublimia  
Carnaliaq; de principatu litigant.

Ego quæ meæ partes erant. SAT. Quid obsecro  
Fecisti? SAR. Eo in collegio furem mihi  
Paraui. SAT. Aintu? SAR. Maximè. SAT. Quonam  
Demiror hercle qua uia intam sanctulo (modo  
Lectoq; tanta diligentia grege  
Id efficere potueris. SAR. A primordio  
Ut concione & claruit miraculis  
Iesus ille, habuit mulieres & viros  
Sibifuentes, qui subinde mitterent  
Subsidia rerum, quas petit necessitas.

Mas Iudæ tradidit pecunias  
 Custodiendas, condus & promus foret  
 Ut ille, nosti opinor illum, rufus est  
 Barba & capillis, igneo naso admodum,  
 Luminibus amplis, pallida facie & breui,  
 Flauoq; pro more est amictus pallio.  
 Cadaverosum hominem refers, noui satis.  
 Docuit tamen nihil minus quam cæteri,  
 Quam plurimaq; simul edidit miracula,  
 Hostisq; noster sè pen numero apparuit.  
 Verum. Magistri, non suis uirtutibus.

SAT.

Nam uisus hercle est integer nunquam mihi.  
 Eum sum adortus. Heus Iuda(inquam) bone.  
 Vin, gratis esse tu minister omnium,  
 Gestareq; crumenam absq; fructu? Cur tibi  
 Nihil inde decerpis reseruasq;? An latet  
 Ad uitam agendam semper esse pecunijs  
 Opus? Mihin nil desit, inquit, Cur ego  
 Superflua & inutilia reponerem?  
 Noui quidem(inquam) iam magistro sub tuo  
 Te sat habere quicquid usus flagitat:  
 Sed semper haud erunt(quod aiunt) feriae.  
 Non semper eadem poterit esse copia.  
 Sunt plurimæ rerum uiciſſitudines  
 Atq; in malum illæ quam bonum frequentius.  
 Quid si magister forte, ut imbecillus est

SAR.

Decedat? A p̄prehensus ue agatur in crucem?  
Id quod sacerdotes student & principes  
Quotidie. Ignorans fauoris quicquid est  
Vobis apud populum, eius esse gratia?  
Sublato eo nemo amplius respexerit  
Neq; te neq; alios, nemo nummum miserit.  
Ex proprio uiuendum erit, uel turpiter  
Mendicitas ferenda, quo fiet, modo ut  
Qui colimini magni q; ita estimamini,  
Contemptui fungus uti sitis putidus.  
Quid deinde si te morbus aliquis occupet  
Aut quenpiam sodalium? Qui uel tibi  
Tuisue iusta ope poteris succurrere,  
Inanis adeo non habens nec numulum?  
Ath s̄cē de pecunijs si uel tibi  
Decideres decimas, quod ex bone potes  
Iure, neq; reclamante conscientia,  
Patrimonium non uile paulatim tibi,  
Omnesq; casus ad futuros certius  
Conuerteres præsidium. Is hic iam mollior,  
At metuo ne non istud (inquit) perferat  
Mea conscientia Non puto (inquam) sed tamen  
Si maxime resistat, in pecunijs  
Est colligendis atq; sectando lucro  
Spernenda postponendaq; procul. Nam lucrum  
Alii homines præsensq; uis pecuniae,

Non conscientia At quid (inquit) si sicut  
Reddenda ratio forsitan expensi et datis  
Non adeo curiosus (inquam) uester est  
Magister hac in re, queas quin plurima  
Intercipere, at omnino si poposcerit  
Rationem, inire eam potes facillime.  
Effugia sunt multa puto que nouissete.  
Tutissimum unum est, quando pauperibus soles  
Expendere frequenter, dedisse dico  
Pauperibus. Id quod non dedi, dedisse ne  
Dicam? inquit, atque ita impudenter mentiar?  
Quid istud (inquam) retulerit ob commodum?  
Si rem facere uis, ueritatem in idem loci  
Cum conscientia interim seponito.  
Profecto eas quum nil obesse uideris.  
Affinitas est magna cum mendacijs  
Furto lucrisque, tota quin mendacijs  
Vita est agenda, homuncio si commodus  
Politiciusque simul et affabilis  
Comitisque haberet, pollicendum quidlibet,  
Nihilque syncero est loquendum pectore,  
Sit prompta lingua, segnis opera nullaque,  
Semperque aliqua sit tibi parata rimula,  
Quae profusa elaboris, hinc et pro lucro  
Est mentiendum peierandumque omnibus,  
Curaque nulla habenda ueritatis est.

S A T. Quid ille ad hæc? S A R. Assensus est, atq; hoc sibi  
Curæ futurum dixit. S A T. Idne præstítit?

S A R. Perdiligenter. Mox ut est pecunia  
Allata, decimas inde surripit sibi,  
Putatq; deberi sibi tanquam Herculi.  
Prætendit, ecce condus atq; promus es,  
Grauaris & gerendo loculos præ omnibus,  
Non est iniquum ut paucula & decimas tibi  
Pro præmio rapias magistro nescio.  
His Conscientiam repellit fortiter,  
Putatq; furtascire prorsus neminem.

S A T. Corrasit ergo aliquantulum? S A R. Multū Hercule  
Magisq; semper diligit pecuniam,  
Ut indies plura inuolare cogitet,  
Meditetur atq; furtæ noctes ac dies.  
Mittentibus quoq; si parum uel tardius  
Quid miserint, irascitur, & ægerrimè  
Fert, pauperibus est si erogandum quippam.  
Aliquando conuenerant multa millia  
Hominum, nec impastos eos dimittere  
Dominus uolebat, cæteris uolentibus  
Denarios ad id ducentos tradere  
Quos secum habebant, solus ille restitit,  
Magnoq; nil opus esse dixit murmure.  
Et nisi alia ratione succursum foret  
Populo, inimicitias & odium pergraue

Contragi

Contraq; discipulos Magistrumq; ilico

Cepisset, adeo sibi putat decedere

Quod non crumenarinet aut expenditur.

Ei⁹ summe preter alia displicet

Magister erga omnes quod ita benignus est.

Et si deinde quoq; hoc modo perrexerit,

Giscet odium ac euadet in magnum malum.

Recte administratum hoc prosector. Sic habet

Insignis ille noster aduersarius

Domesticum etiam hostem, periculosius

Quo nihil ex exitiosius dici potest.

Rem promoue ulterius bene ita ceptam modo.

Vos cæteri quoq; fertesuppetias sua

Pro functione quisq;. Ego illi principes,

Scribas, sacerdotes, magistratus, senes,

Sic reddidi infensos, ut addi nil queat.

Iamq; expertunt, curant, studentq; nil magis

Quam perdere oeyus, eq; uiuis tollere.

Quid obstat ergo ut tam diu procrastinent?

Minime periculosat tantum queritur

Occasio, que se propediem ultrò dabit.

Id spero, S A T. Proin nullus animum despondeat. S A R.

Vigilemus ex feramus hæc incommoda

Paulisper, animo nescio concedere.

Ipsi potius ut querent suspendia

Quam nos. Redite nunc suam in prouinciam

S A T.

S A R.

S A T.

Quisq; memores Apollinem post nubila  
Prodire, noctibus & diem succedere.  
Ad principes redeo ego, si quis me uolet.

S C E N A S E C V N D A.

Iudas. Conscientia. Sargannabus.

**N**E me sequaris aio, neumolesta sis.  
CON Te queso Iuda, ne impotenter sic feras  
Quod accedit. I V. Abi inquam. CON Ne eas te per  
Nam quid tua hec conductit iracundia (ditum)  
Nisi in malum ut ruas? I V. Abi in malam crucem.  
Egone hoc feram? Quid, discipulus ego illius  
Sim, qui meis ita semper obstat commodus?  
Quemq; apud adeo licet nihil ditescere?  
CON Sat diues es, oferam q; furtis h. etenus  
Multis dedisti impunè, tempus iam foret  
Tibi destinandi & furtare reddendi omnia,  
I V. Reddendi? Abi à me quām potes longissimè.  
Nec uerbulum amplius his superdicat mihi.  
SAR An non iudas graditur illinc? Planè is est.  
Eumq; sequitur pone Conscientia.  
Paulisper expectabo, quo quid agant sciam.  
I V. Ego Nazarenum illum docebo noscere  
Qualem uirum irritarit in caput suum.

Mitt

C O N. Mitte obsecro iram, adq; meliora respice.

I V. Quò respiciam aīs? Tūne me fultum putare

Respicio quo conuenit, ut argentum siet

Nempe in crumena. Nihili enim sunt cætera.

C O N. Quid respice potius, quod indignum suo

Te iunxerit quondam ille contubernio.

I V. Non curo, si non affluit pecunia.

C O N. Illius et mensæ fuisti particeps.

I V. At obstat ut non quoq; pecuniae siem.

C O N. Immò tibi uni creditur crumenulam.

I V. Rectè crumenulam aīs, inanem scilicet.

C O N. Huiusmodi, ex qua multa tu furatus es.

I V. Ex pauculis non multa possunt subtrahi.

C O N. Furatus utinam ne hæc quidem esses, et mihi  
Obtemperasses potius ac Sargannabo.

I V. Non desinis tandem et facessis in crucem?

C O N. Tu dignior cruce. Vnde me miseret tui.

I V. A bi modo et sollicita ne sis. Hoc satis

Cavebo ne miseratione sit mihi

Opus, sed inuidia sequatur me magis.

C O N. Qyonam modo? I V. Quam plurimū pecunie  
Mi colligam, tumidumq; reddam sacculum.

C O N. Fortasse de furtis? I V. Quid istuc interest?

Sunt uita plusquam dimidia pecuniae.

Bonum proinde est undecung; sumere.

C O N. Hoc te Magister hercle non docuit tuus.

I V. Quid

- IV.** Quid tu Magistrum mihi hominem fanaticum?  
Is haud cani dissimilis est Aesopico.  
Pecuniam nec enim ipse studet acquirere  
Nec finit alios, immo uerat et impedit.  
Proinde post hac nunquam eum dilexero  
Omnino pro meritis sed ueliscar suis.
- CON.** Quapropter? An quod maximis te dotibus  
Ornauit atque huc usque aluit inter suos?
- IV.** Ne talia occinas mihi, sed abi procul,  
Non audiam enim nisi quod ad lucrum facit.  
Quae gratia eius tanta ut haec iniuria est?
- CON.** Perpende rectius, et quieto pectore.  
Te plurimum transuersum agit cupiditas.
- IV.** Per pensa res satis est, modo hinc abscede tu.  
Hoc damnum ego quocunque pacto in illius  
Vertam caput, nec quispiam persuaserit  
Aliud. **CON.** Redi ad te quæso. **IV.** Quin abis procul  
Quis preuerim illum te ne poscis audiam?
- CON.** Ad commodum tuum hercle non itidem meum.
- IV.** Meum? An uspiam ostendis aliquid certi lucri  
Huic unde subuenire possim sacculo?
- CON.** Immo aliud, ut cupiditate hac scilicet  
Abiecta, agas deinde poenitentiam.
- IV.** Perdis. **CON.** Magistrumque uere aris optimum,  
Eiusque totum consecres te legibus.
- IV.** Abscede dixi, adeoque nunc dico tibi,

Nisi

Nisi ostium uis impudens contundier:  
Non te relinquam. I V. Non! Tibi hercle suadeo  
Ne prouoces neq; stomachum moueas mihi.  
Vide oro progrediare quò, ne deniq;  
Desit receptus tibi. I V. Tace inquam, et hinc procul  
Facesse. CON. Ne queso efferaris, nec tuam  
Sociam repellas. I V. His ego te legibus  
Mecum esse sustinebo (dicam enim semel)  
Ne quid loquare nec mihi molesta sis  
Monitisue consilioue. Nec enim te audiam.  
Potes silere? CON. Nunquā ego hercle. IV. Ergo ocyu  
Discede quo quis gentium in malam crucem.  
Multabo te alioqui usq; ad extremum halitum.  
Abibo potius donec iste tuus furor  
Resideat. I V. Hercle feceris consultius.

CON.

CON.

CON.

## SCENA TERTIA.

Iudas. Sargannabus.

Vix tandem abegi pessimam mulierculam,  
Quæ semper impudenter obgannit mihi.  
Et nunc quoq; irato uoluit obsistere,  
Et institutum reprimere hunc cursum meum.  
Pereat uelim potius, ego iracundiam hanc  
Deo hominibusq; quamlibet nolentibus,  
In Nazarenum aliquando prorsus euomam.

Iratus

S A R. Iratus est contra Magistrum ut audio,

Ob impeditum opinor usp: am lucrum

Absente me. I V. Nunc cogitabo solus hic

Quid factō opus sit. Mauecum me pessimē

Perire, quām non dare operam crumenulæ.

S A R. Bene habet. Homo in p̄ceps iturus est, mea  
Partes erunt pro viribus propellere.

I V. Utinam habeam qui n̄c mibi auxilium ferat,  
Mecumq; idem doleat idemq; sentiat.

S A R. Adibō sciscitabor, & p̄estabo me

Qualem cupit. Nam me uidetur querere.

I V. Quis hic loquitur? Aderas n̄tu Sargannabes?  
Non uideram te incensus iracundia.

S A R. Intelligo hercle Sed quid accidit tibi?

Num salua foetaq; est crumenæ! I V. Haud admodum.

Atq; id queror, nec ferre possum nec feram.

S A R. Recte, sed istuc unde tandem habes malit;

I V. Proh à magistro, qui mibi hic minimè placet.

S A R. Credo hercle, cupiditati ut obstat qui tuæ

Vitæq; adeo Vita quid enim opus est tibi.

Si non licet quām plurimum corraderes?

I V. Rem tangis. Obstanti igitur hac in re mihi,

Malum parabo si quidem hoc uiuet caput.

S A R. Meritisimò. I V. Dices magis si rem scias.

Scis tu quid acciderit? S A R. Negotium fuit

Aliibi his diebus pauculis, unde haud scio,

Sed

Sed conscientia tamen. Pecuniam alteri  
Commisit: I V. Erras. S A R. Ast egenis plurima  
Dedit & inane reddidit marsupium.  
I V. Non. S A R. Iam scio, suboluit ei furtum tuum  
Ideoq; rationem poposcit. I V. Ne hoc quidem.  
S A R. Narrabitur. I V. In magna uirum frequentia  
Amortuis resuscitauit Lazarum  
Heri. S A R. Id mihi renunciarunt inferi.  
Respectat hercule nostrum ad interitum. I V. Quid est?  
S A R. Nil. Perge narrare. I V. In de magnam gloriam  
Est consecutus omnibus coram. S A R. Malum.  
I V. Hoc cine doles? S A R. Pro te quidem. Nam te hos  
Dolere. I V. Minime. Plus lucri inde consequor (reor)  
Sigloriosus est facitq; grandia.  
Crescit favor, crescunt fluentia munera  
Quod commodum mihi est bonumq; S A R. Intelligo.  
Plus es profecto quam putaram callidus.  
I V. Sic conuenit ei qui uelit ditescere.  
S A R. Laudo. Sapis, meq; es magistro doctior  
Quid usit autem te? I V. Audies. Ingens dolor  
Eius sorores mortui occupauerat.  
Germano erant orbatae enim charissimo.  
Ut ergo preter spem rediit a mortuis,  
Non consequi uerbis que am quo gaudio  
Qui cordis exultatione protinus  
Fuerint uicissim affecta, & a collo statim

Pependerimus

Pepererint & fratriis optatisui  
Nec non magistri, quem & prius dilexerant  
Supra parentes atq; fratrem ipsum quoq;

S A R. Stolidæ fuerunt. I V. Attamen perutiles  
Nobis, frequenter nos enim conuiuijs  
Domocq; suscepere liberaliter,  
Et munera in super dedere abeuntibus  
Larga. Vnde mea quoq; præda decisa est mihi.

S A R. Noui, quam in his esse soleas industrius.  
At multo eas tum stolidiores reddidit.  
Prodeesse quid enim illis potest, aut quid dare,  
Nisi ut opibus earum incubet nigel ut draco?

I V. Magnifica sperant atq; pollicetur is.

S A R. Λόγους I V. Modo & fratrem reduxit ab inferis  
Tota quod emptum uoluerant substantia.  
Quare augurabar & mihi immensas opes  
Facto ex eo iustaq; gratitudine  
Fratris sororumq; & statim conuiuum  
Latum pararunt. ibi soror uero altera  
Præ gaudio redacta quasi ad insaniam.

S A R. Ut nempe dicebam. I V. Super mensam attulit  
Alabastron unguenti optimi atq; nardini.  
Mox fregit & alabastron, & Iesu in caput  
Effudit unguentum omne, quo tota est domus  
Impleta odore. S A R. Ofatuitatem. I V. Verum ali  
Siquidem trecentis potuerat denarijs

Venam

9

Venundari, unde mea mihi quoq; portio  
Decisa foret. S A R. At tu quid? An silentio  
Factum ferebas? I V. Dentibus in eam lubens  
Tunc irruisse, sed repressi me tamen,  
Inuestus at plenis in illam tibijs  
Quām displiceret facinus ostendi satis.  
Cur perdidisti unguentum ita (inquam) tam bonum?  
Quē stulticia te inuasit et profusio,  
Dei ut benigna dona disperdas bona  
Vbi nil opus, quum sint ubiq; pauperes,  
Quibus dedissem si datum precium foret.  
S A R. Recte ista de cura addidisti pauperum  
Nec cui suboleat te mage tuum querere.  
I V. Sic censi. Ibi uero Magister optimus  
Quem non putabam facinus illud calculo  
Suo probaturum, patrocinatus est  
Mulierculæ, bonumq; dixit illam opus  
Fecisse. Nos semper habituros pauperes,  
At non item fesc, similiq; plurima,  
Ad inuidiam et incommodum dixit meum,  
Coramq; multis me palam redarguit,  
Quod me dolore macerat quagm maximo.  
Quomodo ego posthac consulam marsupio  
Qui in re bona nil obtinere quiuerim?  
Facta est inanis nardini profusio,  
Quod quilibet etiam fatuus intelligat,

Fraudantur alijq; precio & decimis ego  
Triginta opinor pluribusue argenteis,  
Ille audet excusare tamen & dicere  
Quasi bene factum? Quis uidere non queat  
Eum ex professo struere perniciem lucro  
Crumenulæq; huic? S A R. Ergo adhæreto amplius;  
Fatuusq; circum inane fer marsupium,  
Nonne tibi dicebam statim à primordio  
Esse inuidum uirum & lucro aduorsarier  
Factisq; doctrinaq; ne sequerere eum?  
Tuq; nisi mandatis obedisses meis  
Minus iam haberes nummorum quam lapis.  
IV. Scio hercle. Tuq; profuisti plurimum,  
Atq; inde chariores mihi. Haud forma hac enim  
Placere posses adeo, nisi compendia  
Ostenderes pecuniae quauis uia  
Lucrandæ. Apud animum enim usq; persensi meum  
Iucundius quod nil lucro neq; dulcior.  
Dextram amputaret ergo mallem quis mihi,  
Excluderetue oculum aut pedem dirum peret,  
Quam tolleret uel impediret nummulum.  
S A R. Sapis profecto. Tam pecunia enim est opus  
Quam uita, Quin animamq; præstat perdere  
Quam nihil habere quolibet partum modo.  
Quantum ergo Nazarenum amas quod improbat  
Studia tua, tuosq; redditus ita impedi?

Amen

I V. Amem! Tam si Christus esset maximus  
 Bis terque summus sicut ipse prædicat,  
 Faceretque plura quam facit miracula;  
 Cœlestibusque me bearet dotibus,  
 His moribus eum amare non possem hercule,  
 Sed potius excelsa uelum erectum cruce.

S A R. Mecum facis. Quid ergo adhæres? quidque nunc  
 Accepta post hæc damna facere cogitas?

I V. Quid, nisi quod illi sit malum & mihi bonum?

S A R. Hercle expeditè, sicuti uirum decet.

Licetne scire? I V. Non ego cœlabo te.

Probus etenim & consultus optimus mihi

Videris esse, S A R. Oh, si modo quis obtemperet.

I V. Cœlabo supprimamque bilem quam gero,

Animumque tantisper, quoad se occasio

Duplum auferendidet. S A R. Bonū hoc, non improba

I V. Summae grandi quāpiam raptas emel (bōs

Hinc prorsus ausfugiam. S A R. Melius hoc. IV. Tum:

Quem prouocarit, cuius obſtiterit lucro. (scitē

S A R. Probè Sed hec longa nimis apparent mihi:

Quid nulla si post tanta credatur tibi

Summa unde possis diripere quantum lubet?

Vel quā fugere raptā precium operæ siet?

Quid deinde si perdatur ante ille, quam

Alia inuolandi occasio fese offerat?

An non uidet quanto laboret principum

Odio sacerdotumq; quam extintum uelint?  
Video hercle. Sed quid consulis aliud cedo?  
Quod dixi, id ipsum diligenter pensita.  
Proceres eum odio prosequuntur maximo,  
Captumq; perditumq; magno quolibet  
Precio emerent. Si pollicereris te ad hoc  
Operam daturum, id quod facillimum est tibi,  
Vna atq; eadem opera & fauorem principum  
Acquireres, magnamq; uim pecunie.  
Sunt diuites & liberales, atq; in his  
Præsertime eos nihil negaturos puto.  
Quin & Magistrum ulciscereris hoc modo  
Iniurijs pro ueteribus cunctis probè.  
Non minus enim hoc tecupere ualde intelligo.

- IV. Verum profectò dicis, & laudo hoc tuum  
Apprima consilium & sequar: Vah quam bonum!  
Valere consilio uidereq; utile?  
Tria maxima ostendisti in una re bona.  
Nummos recuperabo unctione perditos,  
Et ultionem à Nazareno consequar,  
Populiq; principum fauorem & gratiam.
- SAR. Nil certius. Per magnam inibis gatiam.  
IV. Fortassis & numerabor inter aulicos?  
SAR. Diues eris atq; gratus omnibus simul.  
IV. Magnifica dicis. Ego hercle desipui hactenus  
Sectans humilia, & Nazarenum illum colens.

S A R. Hoc mihi uelim credas, diebus in tribus  
 Celebrius a sequere nomen, quam decem  
 Si Nazareno annos adhaereres. I V. Putas?  
 O quam tumebis post mihi marsupium  
 Si uera sunt haec. S A R. Non soleo mentiri ego.  
 Aggredere modo, reiq; fac periculum.  
 Nemo ualeat in rebus humilibus emergere  
 Humilesq; apud, sed campus aula gloriæ  
 Querendus, atq; insignium commercia  
 Virum. I V. Tamen Iesum quoq; huius gratia  
 Sectabar, ut præstantem & insignem virum,  
 Aliquando tandem clarus aliquis uti forem,  
 Sed deiijcior à spe, neq; amplius placet.  
 S A R. Tandem sapisti Est ille doctrina quidem  
 Factisq; miris clarus, at inops cætera.  
 Nullaq; mundi præditus potentia.  
 Doctrina uero quod tibi aut miracula  
 Si maneat interea iste inanis fassulus?  
 Contemprus & nihil habere perpetium?  
 Id ille quod procurat atq; præcipit  
 Profusionemq; approbavit unguinis  
 Nuper, rediret ne quod ad te commodum.  
 I V. Odi virum, & cupio facere ei pessime.  
 S A R. Hoc facito quod dixi. I V. Volenti præcipis.  
 Factumq; bene quod Conscientiam procul  
 A me repulerim. Nunc mihi obstreperet scio.

S A R. Factum optimè. Quin os ei percellito  
Si quas in hoc tibi exhibet molestias.  
Vt es, si eam respexeris, miserrimè,  
I V. Sensi hercle. Sed quid autumas? An res palam  
Ista magis an simulatione atq; est dolis  
Gerenda? S A R. Nequaquam palam. Non est tuū ho  
Dolis & occultè atq; calliditate sunt  
Omnia gerenda. Plus enim ita damni dabis  
Quod probus & integer interim putaberis.  
Cœlato bilem, uultum amicum fingito,  
Suavia memento uerba semper proloqui,  
Ne te quis exutum parare sentiat.  
I V. Recte profectò dicis atq; callide.  
Rem teneo, magnasq; tibi gratias ago  
Quod me fideliter iuveris sententia.  
S A R. Sic soleo. Confectaq; re noscere magis.  
I V. Eo igitur aggrediar uti è uestigio,  
Ne mihi diu esuriat crumenula. Tu uale.

#### SCENA Q VARTA.

Sargannabus.

**A** Cuta ut instrumenta si quis habet faber,  
Facilius oxyusq; quodq; opus facit,  
Ita nactus instrumentum acutum hunc sum modo,  
Quo Nazareno maximum dabo malum.

Sitit esuritq; aurum, eius atq; gratia  
 Nihil recusat nec moratur aggredi,  
 In campo ut equus, haud indiget calcaribus.  
 Ex igne peteret èq; fundo imo freti,  
 Pedetentim èo profecit adamatum semel  
 Lucrum atq; consuetudo furti paruula.  
 O quos agam de homine triumphos? Gaudia  
 Regno parabo quant a nostro? Ceterum  
 Tentatum eo eius asseclas & reliquos  
 An possim in aliquod facinus audax ducere.  
 Nam maximam hic mī spem facit uictorie.

## CHORVS,

## Iambicum Dimetrum.

Qui fit, Deum ut nemo audiat  
 Ferè, sed acquiescimus  
 Satanæ atq; carnis suasui  
 Libenter? An quia spiritu  
 Sancto caremus qui Dei  
 Vocem faciat amabilem?  
 An ista quod præsentia  
 Opes, honores, gloriam,  
 Plus quam futura æternaq;  
 Amamus atq; querimus?  
 An quia Deus que precipit

Nimis uidentur aspera,  
Que carnis autem suggesterit  
Satanæq; suasus pestifer  
Lucunda ualde ac suauia?  
Videmus à primordio  
Sic esse factum, et antea  
Quām lapsus esset omnium  
Primus parens, ne forte quis  
Asscribat eius casui,  
Nunc nemo sanè perneget  
Omnes eò propendere,  
Nec posse quenquam cœlicis  
Obtemperare uocibus,  
Nitratius à spiramine  
Summi parentis. Haud mala  
Ingenia mutat diligens  
Doctrina, nec sodalitas  
Proba, neq; conuersatio,  
Nec ulla facta gratia,  
Nec poena atrox uel uerbera,  
Nec solitudo, nec frequens  
Mortalium cœtus, neq;  
Artes nec assiduus labor.  
Quare rogandus est Deus  
Det spiritum nobis suum,  
Qui nos trahat sursum et regat.

scrutq;

Peruetq; ne caro improba  
Satanasq; præcipites agat.

ACTVS SECUNDVS,  
Scena prima.

Conscientia. Iudas.

**Q**uod nunc Iuda uadis? IV. Ecce autem mihi  
Rursum appropinquastu? Tibine dixerā,  
Molesta ne essem sed procul discederes?  
CO. Non possum. Amo te. IV. Nolo ames. CO. Metuo  
Addens malum Malone eas te perditum. (admodum  
IV. Quid hoc tua? Sollicita ne sis, atq; abi.

CON. Quotendis obsecro? IV. Rogare define.  
Inueniam Herkle detur argentum mihi.

CON. Pro scelere fortassis? IV. Tua id refert nihil.  
CON. Mea immō plurimum. Si enim quid feceris  
Sceleratē & impie, haud feram sed perpetim  
Te macerabo, nec sinam quiescere.

IV. Minaris etiā improba? CON. Caue ergo consulo,  
IV. Ne consulas quicquam aio nisi quod sit lucro.

CON. Si me fauentem habeas, putato maximum  
Habere te lucrum. IV. Fauentem te? (malum)  
Tuum fauorem haud emerim cassa nuce.

Fauebit hic mihi si eum repleuero.

Atq; adeo nunc co ut moneta farciam.

(hic). i.  
facculue.

CON. Ex scelere opinor. Haud bonæ etenim unquam  
Operam dedisti. I V. Sic libuit. At tu procul (r)  
Recede. C O N. Pœnitibit autem postea.  
I V. R ecede dico iterumq; dico, nec mihi  
Quicquam loquaris ultra. Enim maiora sunt  
Quam multa tecum ut fabuler negotia.  
Tuasq; nugas audiam. I sthic permane,  
Nec propius accedas. Mane inquam, si pedem  
Promoueris. C O N. Sequar tamen te ingratij.  
I V. Papæ. Quid est, si non mala hæc est bestia?  
Quid agam, quò eam, quid cogitem, quid eloquar,  
Vult noscere omnia & interesses singulis,  
Ut garrula esse possit ubi cubitum iuero.  
Sed cesso pontificis adire ædes, prius  
Sanè haud frequentatas mihi. Vah illa me  
Sequitur. Prope ad me si mulier accesseris  
Meq; fueris secuta, nil dicam amplius.  
Vix credo tam malam esse Conscientiam  
Cuiquam, neq; molestam adeo. Coniurasse eam  
Dicascum Iesu commoda ut mea omnia  
Impediat & remoretur. Hercle fores patent.  
Sed quid loquar uel quomodo? qui me geram?  
Quem seruulorum adibo, qui me nunciet  
Adesse, quidq; uelim, atq; pontificis mihi  
Det copiam adeundi in scio hominum & aulici  
Moris? Noua utar hercle confidentia,

Frontemq;

Frontemq; perficabo. id optimum reor  
 Fore. At duo egrediuntur ex quibus omnia  
 Discere licebit atq; percontarier.

## S C F N A S E C V N D A.

Phasutes. Malchus. Iudas.

**M**iserum hercle fuerit supplices huc litteras  
 Adferre, si sic fit, uel aliquem nuncium  
 Mittere. M A. Quamobrem? P H. Tertium iam sup-  
 Pontificis ad manus dedi, ipse ego nunc quoq; (plices  
 Confeci iter longum huc, petitum aliquod mihi  
 Tandem dari responsum, ut aut quiescerem  
 Petere negatum, aut impetratum noscerem,  
 Sed surda sunt & muta prorsus omnia.  
**M A.** Nihil' ne responsi tulisti? P H. Ni lego  
 Quod aut negatum aut impetratum dices.  
**M A.** Quid ergo? P H. Res commissa fertur nescio  
 Quibus alijs, alijsq; rursum & Basano  
 Denum ille uero mutus & ne gryquidem  
 Respondet. M A. Ergo intelligere facile potes  
 Quid sit. P H. Quid? M A. An responsa nullate fugit  
 Etiam esse responsa? P H. Scio amice. Sunt quidem  
 Sed plena contemptus male & superbie,  
 Qualia ego nulla sum arbitratus hic dari,  
 Nam facilem ego comemq; pontificem omnibus

Audiuer

Audiueram, & neq; puerum contemnere.  
Nullumq; fastum ei inesse uel superbiam.  
Nec video cur me debeat contemnere  
Præ cæteris, quem nullus ante pontifex  
Contempsit. & responſa ſi mihi denegat  
Quando impetrabunt me minores cæteri?

**M A.** Non forſitan contemnit ille te aut preces,  
Sed annuere non uult ob alias quafpiam  
Cauſas. P H. Sit ita ſanè. Sed ad primas statim  
Cur non negauit literas, ſed paſſus eſt  
Pendulum animi, prorsusq; ſperantem bene.  
Rerum mearum non leui diſpendio  
Identidem alios nuncios extrudere?  
Me deniq; iſpum plurimiſ negotijs  
Domi rel. Et iſi huc penitus inaniter  
Accedere? Haud paruum beneficium mihi  
Eſſet datum ſi perne gaſſet ilico,  
Sperare nec feciſſet incassum diu,  
Etenim quiescem, & in aliū pecunias  
Uſum reſeruaſſem. Vi dare bis eum ferunt  
Qui cito dat, ita prodeſt negando qui citò  
Quod petitur abnuit. M A. Hac Philosophia nihil  
Plus obtinebis. Sic in aula moris eſt.

**P H.** Non certe in omni. Maximi olim principes  
Regesq; cauſas audiebant omnium  
Iſi, & libellos perlegebant ſupplices,

Reſponſa q;

Responsaq; dabunt expedita, nec ocio  
 Se mancipabant & quieti sordide,  
 Venatibus dantes operam & amoribus  
 Duntaxat, & uino pariter & lusibus,  
 Passim cauentes ne quis usquam esset labor,  
 Ne quid piam obijceretur & molestie,  
 Rebus sed i psis se exhibebant principes  
 Non nominet titulusq; solis .M A. Ergo tu  
 Corrector es doctorq; nobis principum?  
 P H. Non sed datum damnum mibi atq; iniuriam  
 Queror. M A. Sileres melius. A magnis uiris  
 Quocunq; fiunt optimè fieri putas.  
 P H. Non ego profectò. Tu quoq; ut amicus uetus  
 Huiuscē potuisses aliquid auertere  
 Damni, fores si sciscitatus tempori  
 Dere mea quid animi haberet pontifex.  
 M A. Scruternē uis pontificis animum? P H. Nil erat  
 Secreti. M A. Amicos sic molestes non moror.  
 P H. Neq; ego hercle in officiosum & ad nihil utilem.  
 I V. Saluete amici. P H. Saluus & tu sis. I V. Rogo,  
 Dicite dominē pontifex sit? M A. Est Domi,  
 Quid uis? I V. Adire & alloqui ob negotium,  
 P H. Magis ocium huc adferto quam negotium,  
 Tanta siquidem alioqui hic calent negotia,  
 Bis ut precanti terq; nil respondeant.  
 Si quantum ego, tantum impetas & tu, admodum

Diues

Dives eris, et luculenta responsa auferes.

I V. Ob stud ipsum adsum uidelicet. P H. Face  
Periculum. M A. Quid multa garris friuolas?  
Ut res habent sic dantur et responsa. Si  
Aequa peteres, daretur etiam equeissimum  
Responsum. Habes. P H. Quasi non petierim equeissimum  
Sed abeo. M A. Cras redito, melior forsitan  
Spirabit aura et impetrabis quae cupis.

P H. Vix credo sed tamen reuertar ut iubes.

Vale bene, M A. Quid ait tu? quid est negotium?

I V. Pontifici id ipsi non tibi dicam o bone.

M A. Non mihi! Manebis ergo perpetim foris.

I V. Harum es ne custos edium atque janitor?

M A. Immò atriensis, janitoriique impero.

Dic ergo rem mihi impetratam quam cupis.

I V. Yelles' ne turem patere facere cuiquam alteri

Quae sit lucro? M A. Fortasse numeros cogitas

Hinc ferre? I V. Rem tangis. M A. Sed erras tu uia

Tota scopoque. Accipere namque solemus hic

Non dare. I V. Etiam' ne si quis in re maxima

Inseruat. M A. Quia nam? I V. Libenter nosceres.

M A. Nihil laboro. Abi. I V. Mane paulum obsecro.

Pontificis et mihi alloquendi copiam

Des. M A. Alloquiam non potes, aliás redi.

I V. Quid ego reuertar. Expediri iam queo.

M A. Ne sis molestus. Non potes. De maximis

Concilium

Concilium habetur rebus. I V. Ego rem maximam  
 Quoq; fero, quamq; audire uellet pontifex.  
 M A. Q uin dicas ergo? I V. Non tibi ausim dicere.  
 Mane obsecro. M A. Nolito dicere, non moror.  
 I V. Mane obsecro. M A. Nisi hercledixeris. I V. Ma\*  
 Dicam. De Iesu Nazareno forsitan (ne.  
 Audisti aliquid? M A. Haud pauca de homine pessi\*  
 Quinationi maximum inferet malum (mo.  
 Factisq; doctrinaq;. Sed luet cito  
 Capite tumultus excitauit quos suo.  
 I V. Illius ego sum discipulus M A Es tu illius  
 Discipulus? I V. Ita. M A. Citò aufer hinc quantum  
 Nam pontifex si uiderit te aut aulici (potes,  
 In maximam aufereris hinc malam crucem.  
 I V. Quid ita? M A. Rogas? Inuisus aulæ ultra modum  
 Sunmoq; pontifici & sacerdotum ordini. (est  
 Nec ipse solum, eius sed omnes affecte.  
 Quos cogitant studentq; noctes ac dies  
 Exterminare, ipsumq; præsentim caput.  
 Quare amoue te hinc quam potes citissime.  
 I V. Quid si pariter incumbam eò ut ipsum caput  
 Prendatur, inq; sacri potestate ordinis  
 Redigatur? M A. His si tu quidem studijs dares  
 Operam, tuæ uitæ atq; consuleres rei  
 Melius. I V. Id ipsum curo. M A. Verum prædicari?  
 I V. Veriſimum. Atq; hic huius adsum gratia.

M A.

**M A.** Laudandus es tu, quiq; consilium hoc dedit.

Ego enim tibi affirmo, sacerdotes eò

Et principes & optimates tendere,

Vt Nazarenum exterminent prouincia,

Nenomen eius nominetur amplius.

Quapropter operam si tuam coniunxeris,

A Nazareno teq; segregaueris,

Tutus eris, et magnum insuper mereberis

Fauorem. I V. Ego hercle non fauorem adeo mihi

Quero ut pecuniam. Vides ut inanis hec

Crumena sit. M A. Fortassis et pecuniae

Aliquid dabitur. Hic esse parci non solent.

**I V.** Duc ergo me pontificem ut alloqui queam.

Habebo gratiam tibi. M A. Si premij

Mibi dare dimidium tui promiseris,

Duc a milico te. I V. Os impudens, operæ netu

Partem auferes alienæ? M A. Ego immò postulo

Meæ. Mea etenim consequeris tu quoq;

Premia tue. I V. Nihil agis. Introduc age.

**M A.** Si dederis. I V. Itane? Oculum mihi hercle excludith

Si uel tibi uel alteri mortalium

Puluisculum argenti dedero. M A. Non? Te procul

Hinc duc ab ædibus, ne molestus hic sies.

**I V.** Ingrediar et nolente te, Patent fores.

Quid me trahis? Lacerare num uis pallium?

**M A.** Et pallium et caput, nisi hinc abis cuò.

I V. Satis ferociter. Quid est nomen tibi?  
 M A. Cur queris isthuc? Malchus. I V. Accusabo te  
 Quod commodis obstes sacerdotum et meis,  
 Atq; adeo totius etiam prouincie,  
 M A. Non curo. Tu meis quoq; obstis. I V. Obsecro  
 Duc me, uel ipsum me ingredi sine. M A. Non finio.  
 Curabo ne nummus quidem unicus tibi  
 Obtingat uti. I V. Male facis impediens bonum  
 Opus. Obstinate prorsus hic me furcifer  
 Repellit, et praesens ita impedit lucrum.  
 Promittam aliquid ei, sed id nunquam dabo,  
 Siquidem hoc quoq; esse moris arbitror aulici.  
 M A. Quid murmuras? I V. Hoc cogito quid dem tibi.  
 Decumam accipe. M A. Decumam? Nisi hercle tertiam  
 Dederis, licebit abire quouis gentium.  
 I V. Video aliter non posse fieri, tertiam  
 Promitto. M A. Veni igitur.

### SCENA TERTIA.

Caiaphas. Malchus. Iudas.  
 Satanas.

**Q**uid in rerum hoc statu,  
 Nostroq; nec non gentis in discrimine  
 Totius (id habis quod exposui antea)

D

Videatur

Videatur optimum, modo ex sententijs  
Audiuimus uestris. Nec ego mirarier  
Incogitantiam atq; negligentiam  
Vestram satis possum, solutè ac molliter  
Sic iudicantium atq; prouidentium.  
An multitudo uos popelli territat  
Quæ Nazarenum sequitur & obseruat? An  
Ob facta magna Nazareno parcitise  
Eiusq; præfertis salutem solius  
Vestre omnium totius & prouinciae  
Saluti? An alia causa quæpiam huius est  
Socordiæ? Proh studia uestra inania  
In rebus & nihili arduis prudentiam,  
Quis tota gens commissa resq; publica,  
Audite me paucis modo atq; discite  
Nostra quid ex restit, aliamq; sumite  
Mentem, mibiq; potius acquiescite.  
Non solum ob id quod sum huius anni pontifex  
Honoreq; antecello, sed quod non mea  
Sed omnium quoq; uestra specto commoda,  
Quæ Nazareni sint uidetis dogmata:  
Se gloriatur esse Christum patribus  
Antiquitus promissum, & excelsi Dei  
Gnatum insuper lucemq; mundi totius  
Portamq; coeli, panem & è cœlo datum,  
Nominaq; magnifica alia arrogat sibi

In contumeliam Dei et blasphemiam  
 Seductionemque populi atque maximum  
 Errorum, et haud unquam ferendum dedecus  
 In homine Galileo. In se enim omnes credere  
 Iubetque pollicetur et credentibus  
 Vitam absque fine, omnemque gratiam Dei,  
 Quasi scilicet in eo sita sient omnia,  
 Fidemque splendidis facit miraculis  
 Horum omnium, et resuscitato maximè  
 Herè Lazaro à quam plurimi suscepimus est  
 Ut Messias, nihilque nos profecimus  
 Huc usque mandatis tot, horrendis neque  
 Poenis, nec ullis comminationibus,  
 Ne quis in eum crederet adhaereretque ei,  
 Neu confiteretur quis esse Messiam.  
 Sed mundus ecce, totus assestatitur, et  
 Pueri atque uulgus prosequuntur laudibus  
 Regem quasi adeoque uerum Messiam.  
 Accedit huc, quod nos reprendit acriter;  
 Et facta nostra uanitatis arguit,  
 Taxatque doctrinam penitus ut impiam,  
 Patrumque constitutiones improbat.  
 Breuiter, nihil quod nos facimus ei placet,  
 Sed omnibus coram reprendit omnia  
 Corrector orbis missus ut uidelicet.  
 Hinc iam palam audimus male et contemnimus

**R**elinquimur, languetq; nostra autoritas.  
Hæc omnia euasura quò sint, quem latet?  
Erroribus, falsis opinionibus,  
Tum cede, seditione, & odio mutuo  
Feruebit h.ec gens & tu multuabitur.  
Legem requiret nemo, nec templum, neq;  
Ceremonias, neq; sacra, neq; nos principes,  
Nec instituta, sanctiones nec patrum,  
Sed Nazarenus ille solus omnia  
Erit, occupabitq; & tenebit & reget.  
Cur andauobisnè h.ec uidentur segniter?  
In hisu dormiendum & articulo leui  
Molliq; agendum? Quippe contemptum licet  
Nostris feramus assiduaq; iurgia,  
Et acerba nos quibus onerat conuicia,  
Etiamnè templi, legis, atq; rituum  
Autoritatem perferemus despici?  
Pro lege certè proq; templo & ritibus  
Nostris frequenter bella gesserunt patres,  
Passiq; sunt extrema, uerus ut Dei  
Defenderetur cultus & sanissima  
Doctrina, que nunc cuncta pessum & perditum  
Eunt, docente Nazareno talia,  
Populumq; post se omnem trahente iugiter.  
Ilinè honorem Messie præstabimus  
Patientia nostra, in Dei blasphemiam,

Sediu

Seductionem plebis et motus graues?  
 Vigilate tandem et lumina aperite o uiri,  
 Non ista ceu res negligenda sunt leues  
 In sempiternum gentis huius dedecus  
 Nostrumq; Galilaeo ne honorem hunc, omnia  
 Contra Prophetarum priorum oracula?  
 Ut nos feramus maximè autem, atq; haec mala  
 Et dignitatem negligamus omnium,  
 Etiamne Romanos putatis comparci  
 Socordia usuros, ubi hoc audiuerint  
 Nos inter esse, regium sumat sibi,  
 Qui nomen atq; dignitatem Messiae,  
 Quemq; populus sequatur omnis et audiat,  
 Non ante consultis et hoc iubentibus  
 Illis? At audient procul dubio, nisi  
 Hominem opprimimus et occupamus tollere,  
 Venientq; copijs furoreq; maximo,  
 Qualem satis nos antea experti sumus,  
 Gentemq; uastabunt locumq; polluent  
 Sanctum hunc, nihil facientq; nobis reliqui,  
 Sed seruitutem nos trahent in ultimam,  
 Erimusq; risis omnium atq; fabula.  
 Hec propter unum numquid expectabimus?  
 Huc adigit igitur ipsa nos necessitas  
 Dei q; cultus, gentis et nostrum omnium  
 Salus quiesq; ut ille quam primum neci

Dedatur, etiam iuris haud quaquam ordine  
Vbiq; seruato. Melius est unus ut  
Moriatur ille pro populo, & haud tota gens  
Dispereat. Hinc nos non hominis autoritas,  
Nec multa semper quæ facit miracula,  
Nec turba maxima moveat sequentium.  
Quippe ille qualis qualis est, non totius  
Gentis saluti est anteponendus, neq;  
Ut ille uiuat, sacra & humana omnia  
Perdenda sunt. Tum porrò semper mobile  
Est uulcus instabileq; nunc sequitur quidem,  
Quando uidet nos nil facere contrarium  
Huc usq; sicut serio nil fecimus:  
Adhæret ergo quamdiu est licentia,  
Et ille flatibus secundis utitur,  
Aduersauerò si obuenire uiderit  
Illumq; duci, remq; agere nos serio,  
Mutabitur, relinquet illum protinus,  
Et tutiora queret & sectabitur.  
Frustra metuitis ergo motum ciuicum.  
Nec semper ille septus est turbis, potest  
Aliquando solus comprehendi, & hæc mihi  
Captanda mox uidetur opportunitas,  
Operaq; danda prorsus ut quoquis modo  
Perimitur, ut nobis & omnibus salus  
Quiesq; procuretur atq; aeterna pax.

SAT.H

S A T. Hoc mihi placeret, inueniri aliquem virum  
 Qui recta sapiat consulatq; salubriter,  
 Gentisq; tractet serio negocia.  
 Sententiae & ego huic, nemini præiudicans.  
 Subscribo, quin & illud interim uelim  
 Ut ipsus etiam occideretur Lazarus.  
 Nam cernitis ut eius uidendi gratia  
 Bethaniam permulti eant, uisoq; eo  
 Resuscitato, magna sentiant statim  
 De Nazareno, eumq; credant Meſſiam.  
 Quod hercle ne credatur opera maxima  
 Est prouidendum, ſicut ipſi noſcitis.  
 C A I. Est, deq; eo deliberabimus dein.  
 Nam quicquid eſt ſementis huius, funditus  
 Tollemus, extirpabimus, delebimus.  
 S A T. Sic conuenit profeſtò. M A. Domine pontifex  
 Vir quidam adest, qui conuenire te cupit  
 Obferiam rem. C A. Num ſecreto? M A. Non puto.  
 C A. Fac intret huc. I V. Saluete proceres optimi  
 Sanctissimiq; uiri. C A. Salus tibi ſit quoq;  
 Quid ait? quid adfers? I V. Audio collegium  
 Ueſtrum eſſe ſollicitum nimis Iefu ſuper  
 Quem Nazarenum nunc upant, & querere  
 Quo comprehendendi poſſit & tolli modo,  
 Vos ea ego liberabo ſollicitudine,  
 Si digna merces huius operæ traditur,

C A. Quis tu es bone uir? I V. Iscariotes nuncupore  
Iudas, Iesu discipulus illius &  
Sectator intimus. C A. Hercole gratus aduenis  
Si liberare hac nos quidem cura paras.  
Sed quo modo? Num uis ueneno tollere?  
I V. Possem hoc profecto, & expedita foret uia,  
Sed rebus hoc uestris uidetur inutile.  
C A. Res quando nostras diligenter prospicis,  
Magnam tibi à nobis inibis gratiam,  
Atq; hoc peracta re deinde scies magis.  
I V. Mibi hercole uchementer opus est pecunia.  
C A. At non nihil quoq; dabimus pecuniae.  
Sed ede cur id censeas inutile?  
I V. Quamuis sciam ipsos uos satis cognoscere  
Vestra quid ex restit secusue, edam tamen.  
Interfici atro toxicu uel clanculum,  
Utile quidem esset ne tumultus quispiam  
Exurgeret turbis ab affstantium:  
Turbas sed ob easdem haud uidetur commodum,  
Quas amouere illius à fiducia,  
Habuistq; passim opinione Messiae  
Cupitus opinor, at peremptus clanculum,  
Iniuria peremptus & certe dolo  
Unius aut alterius inuidi modo  
Putabitur, uobis nec id scientibus  
Ecc iudicantibus, magis & opinio

Firmatio

Firmabitur, sanctum fuisse virum et probum,  
 Ego medio insontem peremptum Messiam.  
 At publicè uestri ego; adeo sententijs  
 Damnatus, impotitor, magis q; et impius  
 Habebitur, in eumq; credere desinent  
 Omnes, et inter hos quoq; addictissimi,  
 Ipsiq; discipuli. Haud facile enim quispiam  
 Sententiam uestram repudiaturus est  
 Aut reprehensurus, neq; viros, principes  
 Errasse iudicio et rei scientia  
 Putabit. Ut uero in manus uestras sine  
 Tradatur haud solum tumultu omni, sed et  
 Leui popelli murmure, ego curauero  
 Si dederitis pecuniam dignam mibi.  
 Vobis eo occiso, mibi pecunia  
 Opus est. C. A. Eum' ne solus an cum pluribus  
 Comprendere statuis? V. Quis illum prendere  
 Solus queat septum corona iugiter  
 Discentium underna? Cohortem militum  
 Quum postularo dabitis armatam mihi  
 De nocte de die, necesse ut uidero,  
 Detur pecunia modo praesens et proba.  
 C. A. Quantum petis? V. Centum mereor argenteos.  
 C. A. Ohe, nimium est. Quin quod sit aequum postula.  
 I. V. Dare uultis octoginta? Non, nimium hercale est.  
 C. A. Ludis bone uir. Haud sic pecunia prodigè

Est eroganda. I V. Pro periculo graui  
Industriaq; strenua, merces quoq;  
Condigna danda. Age date sexaginta. C A. Non.  
Nimio aestimas operam tuam. Dabimus decem.  
I V. Nunquam ego decem tantum facinus argenteis  
Patrabo, quantum uis pecunias amem.  
Nisi ter decem dabuntur, alium quærite  
Qui tradit illum industria uobis pari.  
C A. Secede paululum. S A T. Hercle graphicū hum  
Naucti estis, omni angore qui uos liberet. (iam uirum  
Ad uestra quantum commoda sapit & scelus?  
C A. Mibi quoq; placet homo uideturq; utilis  
Ad agenda quæ uolumus, quod in collegio  
Versatur ipso Nazareni, & illius  
Loca seriaq; & introitum & exitum probē  
Nouit, potestq; iuuare testimonio  
Nos quoq; suum contra magistrum, nullus ut  
Alius. pecuniae ergo quantum postulat  
Dandum puto, cui idem placet tollat manum.  
Pars maior assentitur, age reuocate nunc.  
Promissiones meminimus Iuda tuas,  
Quidq; tibi pro studio operaq; uelis dari.  
Atq; nimium id quamuis sit, utilem tamen  
Quoniam futurum te atq; promptum ad cætera  
Speramus, annuimus tibi tot argenteos  
Triginta nempe, tu modo effice ocyus,

Adg

**A**dq; illud opportunitatem prospice,  
Ne quis oriatur motus aut periculum.

**I**V. Nec celeritatem in me nec ullam, credite,  
Desiderabitis cauendi copiam.

**D**etur modo argentum mihi. C A. Dabitur bona  
Fide. I V. V elim nunc mihi dari. C A. Non conuenit  
Vt absolutum ante auferas negotium

**M**ercedem. H abebis illico redacto eo  
Nostram in potestatem. I V. Mora excrucior nimis.  
Et inane non libenter ita marsupium

**F**ero. C A. Aggredere igitur oxyus quod p r e d i c a s .  
Dic porr o m i , posse s n e t e s t i m o n i o

**I**luuare nos falso? I V. Facillim e & lubens.

**C** A. Ad illud ergo fortiter te p r e p a r a .  
Totidem alios tibi dabimus argenteos?

**I**nane ne circumferas marsupium.

**I** V. Curabo recte, meq; uobis mancipo.

**Q** uamuis molestum sit sine argento modo  
Hinc me recedere. C A. Hunc uirum diuinitus

Nobis puto oblatum, struat domesticas

Qui Nazareno & efficaces admodum

Pro tempore insidias, spei q; sum bone,

Cessura nostra cuncta pro sententia,

Tollatur e medio homo ut ille pestilens.

**S** A T. Huc nempe curas & studia conuertite.

Adiutor ego quoq; ero meis cum ceteris,

Vt uestrī honores atq; doctrinæ optimæ  
Constatiblantur florentq; perpetim.  
C A. Nil reliquum ultra, sed licet recedere.

S C E N A Q V A R T A.

Iudas. Malchus.

Hic hercle magna est officina pecuniae,  
Reditusq; cerno copiosos mi fore,  
Si contra Iesum cuncta moliar mala,  
Pontificum & odijis gnauiter subseruiam.  
Non me decet pigrum esse, uerum machinis  
Vti omnibus, condigne uti respondeam,  
Initamq; gratiam fauoremq; augeam.  
Vt Nazareno perditio & collegio  
Nostrosoluto sit receptus hic mihi.  
M A. Ille redit illinc atq; gestit ceu bene  
Successerit res atq; sic planè autumo.  
I V. Hem quam facillimè licet ditescere.  
Si subtrahendi regulas quis calleat.  
Furtis, rapinis atq; proditionibus  
Falsisq; contra quosq; testimonijs  
Nauet operam, menteinq; subdolam gerat,  
Ad præsulesq; dexterè fesc applicet,  
Aulasq; pontificum & sacerdotum ordinem,  
Illorum ut omni protinus libidini

Subseruat.

Subseruat. Stultus ego qui tres circiter  
 Annos adhæsi Nazareno pauperi.  
 Totidem hīc fuisse si, pecunijs foret,  
 Me nemo ditor. M A. Pecunias homo  
 Accepit, inde gaudet, at mihi tertiam  
 Debet. Diu hercle tu fuisti apud patres.

I V. Salve uirorum Malche mi charissime.

M A. Tu quoq; bone uir. An non bene ostenditib⁹  
 Te credo rem geſſe bene. Age tertiam

Mihicudo. I V. Si quid hercle mi datum foret,  
 Exemplō amice tuam darem partem tibi.

M A. Benignus atq; comis es factus citò  
 Affabilisq; qualis haud eras prius.

I V. Scilicet ad aulae fingo me ingenium & modum.

M A. Satis in die una. Tertiam sed tu cedo.

I V. Non habeo ne primam quidem Malche optime.

M A. Habes profecto. Tolle nugas & mibi  
 Promissa redde. I V. Dem nē qui à pecunijs  
 Sum pumice ipſeſſicior? M A. Fraudare uis.

I V. Egonē? Haud satis nostri uir ego qualis siem.  
 Melioris haud citò fidei inuenias uirum.

M A. Hoc creditu haud facile profecto. Nam neq;  
 Os nec oculi nec tota facies conuenit.

I V. locaris urbanè, nec id me commouet.

M A. Quin seriòtibi dico, redde tertiam.

I V. Quid uis inanem enſacculum, en manus quoq;

M A.

M A. Sinum quoq; excute. I V. Tu quidem odiosus  
En tibi. M A. Datus ne simul ac acceperis? (nimis.  
I V. Fide optima. Vale. M A. Haud scio, cur hic homo  
Sit factus ita repente blandior, mali  
Aliquid alit monstri profecto. Ne mihi  
Det uerba ualde metuo blandiloquentia,  
Nostrumq; neu morem didicerit plus satis.

S C E N A Q V I N T A.  
Conscientia. Iudas.

V BI nunc fuisti? I V. Rursus ecce tu mihi  
Molesta, postquam solus incedo. C O N. L<sup>i</sup>  
Vnde egredieris? Hic quid tibi negocij? (bet  
I V. Possum nè consequi ut molesta ne sies?  
C O N. Non arbitror. Te queso quò pergas uide.  
I V. Satis uideo. Abitu modò. C O N. Ad me respice.  
I V. Non respicio neq; curo te. Nunc res enim  
Agitur pecuniaria et questus mihi  
Permagnus in mundo est. C O N. Vide ne crux siest.  
Scelus paras, moliris impium nefas.  
Reuerere me Deumq;. Desiste obsecro.  
I V. Non audio. C O N. Quiesce. I V. Nil agis. C O N  
Meditationes impias è pectore. (Ejj  
I V. Gaga. C O N. Tibi ne ita chara sit pecunia  
Ut omne fas et ius relinquendum putas.

IV. Gigi. CON. Lucellam tu' ne paruum, maximo  
Anime tuae sectaberis dispensio?

IV. Surdo apogum. CON. Resipisce. IV Quid mihi  
Multas? Apage sis in maximā malam crucē (prædicat)  
Ne propius accedas. Egō nate ut audiam?  
Si mihi liberet esse mendicabulum.

CON. Id satius hercle quam esse torrem tartari.  
Abis? Sequar. IV. Ne me sequaris aio. Si

Hodie mulier apprehendero te faxo sis  
Muliercularum ut omnium miserrima.

CON. Quid potius ita si in malicia perrexeris  
Ego faxosis omnium hominum miserrimus.

### CHORVS.

Saphicum cum Adenio.

Impijs factis studijsq; prauis  
Sunt in hac uita simul & futura  
Per graues poenæ positæ, sed omnes

Inter acerbias.

Obtinet palmam cruciatq; mirè  
Gnara mens factit tacitè scelesti,  
Angit & torquet, fugat & remordet

Nocte dieq;.

Tu licet tentes remouere longè &

Qualibet

*Qualibet diros fugias remorsus,  
Atq; secteris fugitiua coeci.*

*Gaudia mundi.*

*Hec tamen præsens malefacta dicet  
Tempore arrepto, requiemq; dulcis  
Auferet somni facietq; amara.*

*Vina cibumq;*

*Vermis est, namq; haud moriturus unquam,  
Flammaq; æternum crucians uoransq;  
Tantali impendens lapis est minansq;.*

*Fleibile lethum.*

*Pectus arrodens aquila est Promethei,  
Et iecur carpens Tityi renatum  
Improbis uultur, uolucresq; Phinei*

*Regis iniqui.*

*Ergo mox primis iuuenes ab annis  
Sedulò quæuis malefacta uitent,  
Conscius poenas ne animus per omne*

*Exigat æuum.*

### A C T U S T E R T I V S.

*Scena prima.*

*Sargannabus.      Satanas.*

*Miror*

**M**iror ubi Iudas tam diu moram trahat?  
 Omnes requirunt. Pascha enim uult esse iā  
 Magister. Absentiq; subtractum est lucrum.  
 Sed ecce principem obuiam. Quò nunc abis?  
 Salve. S A T. Deum uolo couenire ob rem probam.  
 Te maximis ueho laudibus Sargannabe.  
 O te uirum summum & peritum in omnibus,  
 Omniq; dignum honore. S A R. Menè? Quid est rei?  
 SAT. Accede, faustum ut tibi caput demulceam.  
 SAR. Ne fuste modo uel lapide. SAT. Nequaquam  
 Meliora promeritus es. Haud ludo hercule, (bone.  
 Sed prorsus ex animo loquor sententia.  
 S A R. Age, quid rei est? S A T. Qualē parastitu uirū  
 Paulo antē de quo dixeras? Papæ. S A R. Vnde scis?  
 SAT. Interfui, quod pontifex contraxerat,  
 Concilio, eō peruenit & sese obtulit  
 Duce m & ministrum fore, sine ut tumultibus  
 Capiatur hostis noster. O quām callidus  
 Catusq; uisus est mihi. Conductus est.  
 Nec puto quiescet donec effectum probè  
 Reddat. S A R. Mea hercule talis est industria.  
 SAT. Intell'go, Ergo dignatibi dabo præmia.  
 Vigila modo ad mentem redeat ut ne bonam.  
 SAR. Curabitur. Sed quid tibi negocij  
 Apud Deum? S A T. Expetere etiam reliquos uolo,  
 Cibrare liceat uti. SAR. Profecto pulchrum erit.

Et obtinebis. S A T. Spero. Quis nam illinc uenit?  
S A R. Is est Iudas. S A T. Age hominem exerce benti.  
Ego institutum pergo iter. S A R. Bene ambula.  
Sed principes quid interim? S A T. Solidi satis.  
Nec ut amicos mutent periculum subest.

## SCENA SECUNDA.

Conscientia. Iudas. Sargannabus.

**A**vidin' Iuda, te nihilne horum pudet?  
Aut poenitet? Resipisce tandem et desine.  
**I**V. Malè pereas scelesta, sacrilega et impia.  
**C**ON. Conuictiaris ipse tibi. Vah quam bene  
Tenesti? **I**V. Age ostende impudens quantum fies.  
**C**ON. Quasi quifpiam te uiuat impudentior,  
Te iungere pio qui uelis collegio  
Hisce studijs, animoq; factis, moribus.  
**I**V. Sic nempe ei opus est qui uelit ditescere.  
**C**ON. Quin immò qui recta ire uelit ad tartara.  
**S A R.** Age promoue gressum socie. Requireris.  
**I**V. Conuiciatrix pessima hæc clamoribus  
Post terga resonat, obstrepit, retinet q; me.  
Nam dum illius gannibus respondeo,  
Subinde moror. **SAR.** Ah queso nil respondeas,  
Nec uerbulo digneris, nec post tergata

Verta

- Veritas ad ingentem te adiget insaniam  
 Si iurgia eius aliquà in animum immiseris.  
 IV. Sequitur tamen, nec possum eam compescere.  
 SAR. Contemne, mentem obfirma, & aures obstrue.  
 IV. Quin hercle faciundum est. SAR. Veni iuda opa  
 Recede tu procul. ut tibi negocium (timea)  
 Successit I V. Haud male. Sunt daturi argenteos  
 Bis quindecim simul ac eum illis in manus  
 Tradidero. Totidem quoq; alios si iuuero  
 Falso opprimere quoq; testimonio.  
 SAR. O te beatum. Gratulor. Sed interim  
 Decessit hic aliud tibi absenti lucrum.  
 IV. Quid ait? Modo quo factum id est? SAR. Pecunia  
 Misere non parum sorores Lazari  
 Possetis ut Pascha celebrare commode.  
 IV. Cui illud argentum datum est absentē me?  
 SAR. Petro. I V. Heu homini inepto, cui crumenula  
 Est nulla, nec tractare scit pecunias.  
 Hercle properandum, mox ut illud auferam.

### SCENA TERTIA

Sebulius. Petrus. Iudas.

**M** Ora in me erit nulla Petre, tu cura modo,  
 Adsit is omnes. Mox ego escas inferam.  
 E 2 PE. Iudas

**P E.** Iudas abest solus Sed ecce cum. Vbi tam dia  
Hinc absuisti? Te magister hactenus  
Expectat. I V. Isti huc nil opus te querere.  
Nam magna ubiq; sunt mihi negotia.

Hoc age potius, argentum ut audio datum est!

**P E.** Datum. I V. Illud in manus age hasce tradito,  
Ut inde soluam quis opus nobis erit.

**P E.** Dedi hospiti, ut inde accipiat impendia  
Cœna sibi. Nam sacculus mi nullus est.

I V. Tunè hospiti? Ofatum caput. Pecuniam  
Das antequam cœnas, prius quam mercem habes!

**P E.** Factum est. Fideli opinor esse creditum.

I V. Quid id mea? Vin' tu magistrum perdere  
Pariterq; nos, diligenter qui modo  
Pecunias tractaris? An frustra putas

Mibi creditos loculos? Age hospes redde tu,

**S E.** Curate, cuncta ut sint parata. I V. Age reddet  
Audin? S E. Puer mortarium adfe. hic mihi,  
Contundam ut hæc. I V. Age redde tu pecuniam.

**S E.** Ne sis molestus. Sterne prunas sub cratem  
Phesanter, ut calida inferantur omnia.

Lauentur ex lactucæ age oxyus puer.

I V. Quid tu (malum) hec curas? Pecuniam mihi  
Redde oxyus. S E. Aceti inde paululum mihi.

I V. Nugas agis. Pecuniam inquam redde tu.

**S E.** Reddam ne? Tam mihi est crumenæ quam tibi.  
scrubbi

Seruabo bene. I V. Quin melius ego. Non est tua.  
 SE. At magna pars erit. Deinde reliquum  
 Reddam per ocium. I V. Mibi huc totam magis  
 Restitue sum mam, quæ dein debebimus,  
 Dabo. SE. Penes me rectius seruabitur.  
 I V. Seruabis? O hominem dolosum & improbum.  
 Tu me studes quoq; & magistrum perdere?  
 SE. Non perdo. Clamorem aufer, & cœnaculum  
 Ingredere, pistillo caput ne forstibi  
 Tundatur. I V. Ecce istuc parastitum mali  
 Tua stoliditate Petre. Num pecunias  
 Pro leibus estimas aristis, meq; habes  
 Proludicro, loculos inanes ut feram?  
 Nunc un le pauperibus opem feram? Vnde quis  
 Debeo resoluam? Panis unde & cetera  
 Nobis ementur? O te inertem & prodigum,  
 Incogitantem, negligentem, imprudentem.  
 P E. Omitte iurgia & ingredere. I V. Magistro ego  
 Summam tuam hanc narrabo diligentiam.  
 P E. At hospiti dari ipse iussit. I V. Iussit is?  
 P E. Ita dico. I V. Certe nouerat marsupium  
 Habere me? P E. Quilni? I V. Et fideliter hactenus  
 Pecuniam seruasse? P E. Nescio. I V. Non, quoad  
 Redirem ad argentum tenere se penes  
 Poterat? P E. Ita puto placuit in præsentia.  
 I V. Que uestra tandem est ista conspiratio

Ut perditum me eatis? Haud quiescam ego  
Donec Magistrum & te hospitemque subdolum  
Viciscar. Age uidebo quid rerum geram.

### SCENA QVARTA.

Iudas. Sargannabus.

**H**ec ueni Sargannabe. Quid ego nūc agam?  
An cum magistro expositulem hanc iniunxi?  
S A R. Non consul. Sed pectore sub alto preme  
Dolorem & ultiōnis haud esto memor  
Ne uerbulo quidem. Nec iratum sciat  
Te quispiam, ne forsitan caueant sibi  
Atque te, nocendique afferatur copia  
Omnis tibi. Quin potius hilarem fingito  
Vultum, benevolus atque comis uerbulis  
Est, uenenum continens in pectore.  
Ut ad nocendum latior sit ianua,  
I V. Per difficile mihi hoc. S A R. At assuetudine  
Per facile erit. Assuefce modo, erit usui,  
Sciesque uafre inter homines uersarier.  
Ingenia cæteris aperta non nocent,  
Sed sibi magis. Nocumenta pestilentia  
E subdolis uafrisque manant cordibus.  
I V. Intelligo. Prebebo me docilem hercule.

SAR. Salvi

SAR. Sapiens. IV. Quid autem si magistro forsitan  
 Aliquid suboleat? SAR. Non puto. Si quid tamen,  
 Tu perfrica frontem & negato fortiter.  
 IV. Isthuc potero, si tu mihi curaueris  
 Ne subeat huc molesta Conscientia,  
 A statu pro foribus eamq; pellito.  
 SAR. Curabo recte intus quoq; Ingreditor modo.  
 Ne tibi metus in oculis sit aut pudor caue.

## SCENA QUINTA.

Iesus. Judas. Petrus.  
 Sargannabus.

V Enisti amice? Te diu expectauimus.  
 IV. Non potui adesse citius ob negotia.  
 IE. Noui istud equidē. V. Subolet huic profectō. SA.  
 IE. Accedite ad mensam modō ac accumbite. (ft.  
 Laudemus unā hoc in epulo Deum patrem.  
 Celebrandus est multumq; laudandus Deus,  
 Qui brachio tuo atq; signis plurimis  
 E seruit te liberasti Aegyptia  
 Nostros patres inq; populum assumsti tibi.  
 Aegyptiorum cumq; cuncta perderes  
 Primogenita, populo pepercisti tuo,  
 Quam lumina & postes limissent sanguine  
 Agni, ad memoriam transiit: quem iusseras

Occidere, æternumq; ritum hunc patribus  
Nobisq; sacrasti, ut misericordia tua  
Veterisq; liberationis perpetim  
Memoriam haberemus, futuræq; insuper  
Spes esset inconcussa nobis omnibus  
Per Messiam, quem concinunt oracula  
Pro sceleribus mundi immolandum totius  
Insontem ut agnum ex hostiam placabilem,  
Ut finiatur iniquitas, æternaque;  
Iusticia comparetur orbi. Maximas  
Tibi gratias Domine agimus ineffabili  
Pro misericordia tua, atq; quæsumus  
Ut sicut olim liberatos credimus  
Nosotros parentes transeuntis angeli  
A cede, nec non seruitute Aegyptia.  
Venientis ita credamus etiam Messiae  
Nos liberandos esse fuso sanguine  
A morte, peccatis ex infando iugo  
Satanae, ut agamus Pascha uerum denique,  
In gloriam laudemque nominis tui.  
P E. Amen. I E. Et antea pe faſi eſtis palam  
Me filium eſſe Dei adeoq; Messiam  
Vobisq; ego dixi uicissim non ſemel  
Me multa paſſurum à ſacerdotum choro,  
A gentibusq; altam ſubactum iri in crucem,  
Ut totius peccata mundi diluam,

Et tertia tandem reuicturum die,  
 Vobis ut ob signem parentis gratiam  
 Stabilem fore. Horum tempus appetit modo,  
 Quod uos uidete ne quid offendat, sed in  
 Hausta prius fidutia persistite,  
 Meisq; uerbis ante dictis credite.  
 Quod uos ut hortarer animaremq; sedulò,  
 Hoc intimo desideraui pectore  
 Iam pascha uobiscum comedere ante, in manus  
 Quam tradar impiorum & adigar in crucem.  
 Post hac enim non amplius uobiscum edam,  
 Nec uitis ullius bibam de germine,  
 Taliq; mortali haud apud uos corpore  
 Versabor, Ab eo enim ad patrem in cœlestia.  
 Nouissimum hoc uobiscum erit coniuicium.  
 Quapropter estote memores semper mei,  
 Meosq; sermones tenete firmiter.  
 Totoq; uos diligite corde mutuo,  
 Sicuti ego uos diligo. Quòd hoc etenim à patre  
 Demissus adueni, quòd iterum eo ad patrem,  
 Vestri facio feciq; cuncta gratia.  
 Et tempus hoc meum ad crucem & mortem dabo,  
 Viuatis ut uos absoluti ab omnibus  
 Culpis & à mortis tyrannide liberi.  
 Meumq; fundam sanguinem, quo crimina  
 Vesta ablueam, statuamq; iustos in patris

Conspēctu. Et huius ut habeatis symbolum  
Atq; monumentum iuge ad usq; terminum  
Mundi, Accipite, comedite, corpus hoc meum est.  
Ut panis hic enim manu confringitur  
Ut fulciat uitam roburq; conferat,  
Sic corpus hoc frangetur ad uitam omnium.  
Et poculum hoc accipite, et omnes ex eo  
Bibite, hic meus enim sanguis est pacti noui.  
Ut uinum enim effusum sitim leuat, et facit  
Lætum cor hominis, et in malis audaciam  
Confert, ea quoq; conferet sanguis meus  
Pectoribus omnium atq; uestris. Quippe mox  
Fundetur in remissionem criminum.  
Quibus remissis uestra corda leta erunt,  
Contraq; mortem animata et atra tartara.  
Firma fide duntaxat hoc apprendite,  
Viuetis in me, uiuam et in uobis ego,  
Omnesq; uos prorsus ita seruaremini,  
Nisi unus ex uobis foret dispensis,  
Qui uenditurus me atq; traditurus est.  
Hominis quidem filius eò quo debet it,  
Sicut prophetarum canunt oracula,  
Totius orbis utq; flagitat salus,  
At uch uiro illi cuius hostium in manus  
Tradetur opera. Sempiternum enim sibi

A scis

Asciscet exitium, atq; ei melius foret  
 Non esse natum. P E Quid magister prædicæ  
 Nos inter unum esse, manibus qui te hostium  
 Sit traditur? suspiceris ne hoc rogo.  
 I E. Non suspicor Petre, sed scio uerissimè.  
 P E. Nunquid ego sum? I E. Quid queris? Vnus qui  
 Mecum catino intingit atq; uescitur (manum)  
 Hic pane eodem, de q; eodem poculo  
 Babit, is sodaliti & mensa & salis  
 Spreto & relicto iure, dux erit hostium  
 Ut capiar ego. I V. Nunquid ego sum Rabbibone?  
 I E. Tu dicas. At ego nolo quemquam nomine  
 Prodere, quoad se prodat ipse criminè  
 Manifesto. Et utinam ille resipiscat antea,  
 Quām transeat eō seq; perdat funditus,  
 Magis suam audiat q; Conscientiam.  
 S A R. Mane feris tu. Niltuis molestijs  
 Hic indigemus. I E. Age Sebulilinteum  
 Adfer & aquam in pelui. P E. Quid ijs facturus es?  
 I E. Scies. At interim dum ego hoc ago Petre,  
 Age gratias Deo atq; consuetum præi  
 Hymnus. P E. Deum laudate quia benignus est,  
 Super q; nos illius est miseratione  
 Firmata, ueritasq; stabilis permanet.  
 Nam sicut olim pollicitus est patribus,  
 Ita beneficia præstítit nobis sua.

Et præstiturus ad usq; mundi terminum est,  
Quæcunq; post promissiones continent.  
Donis alit uegetatq; nos longissimis,  
Liberat ab inimicis ut olim Aegyptijs,  
Dat sanitatem temporaq; salubris,  
Corpus tuetur & animam fideliter,  
Propitius est nostris iniquitatibus,  
Infirmitatibusq; nostris condolet,  
Peccata nostra delet & obliuiscitur.  
Vtq; miseretur filiorum humanior  
Pater suorum, ita miseretur omnium  
Nostrum Dominus, & scelera nostra longius  
Quam cœlum ab arida remouet ab omnibus  
Nobis, & id non merita propter nostra, uel  
Cultus uel opera uel studia, sed gratia  
Tantum mera, Davidis ob gnatum unicum,  
Pro sceleribus quem destinavit uictimam,  
Illi perennis laus sit atq; gloria  
In seculorum secula. Amen. Quid sibi  
Hoc uult domine? Num tu lauabis mi pedes?  
I E. Quod facio, te Petre latet in præsentia,  
At postea scies. Fer igitur ut lauem,  
P E. Absit Domine, Nam laueris alijs licet  
Illiq; pertulerint, ego tamen non feram.  
Meos in æternum lauabis nec pedes.  
I E. Humilis es illuc meq; reuereris Petre

Vbi nil opus, nec te decet. Num tu mihi  
 Obstatis officio ut minus fungar meos  
 Faciesq; sordibus ut tuis ad inferos  
 Cogaris ire? Hoc namq; contestor tibi  
 Dicoq; si non lauero te, particeps  
 Meus esse non poteris mei in regno patris.

P E. Si sic habet Domine, haud pedestantum meos,  
 Sed & manus caputq; I E. Id autem nil opus.

Qui credit enim, adeoq; per me lotus est,  
 Est purus integrè nec indiget nisi ut

Lauet pedes. P E. Fac ita Magister ut lubet.  
 Ego hic & alibi non repugnabo tibi.

I E. Scitis' ne quid uobis (amici) fecerimus?

Vos me Magistrumq; dominumq; dicitis,  
 Et iure, sum etenim. I am Magister uester &

Dominus ego ablui pedes uestros, uti  
 Intelligatis uobis ministerium me fore

Ad abiuenda crimina, neq; sordidum  
 Ita munus esse ullum aut h imile, quod gratia

Obituru haud sim uestri. Ego etenim perferam  
 Ut confuar, cedar flageller, in crucem

Agar, omnibusq; gentibus sim risui,

Ut liberemini, meusq; uos pater

Adoptet, acceptet, suumq; transferat

Ad summum honorem sine beatostermeno.

Hinc coniçere potestis ut uos diligam,

Omnisq;

Omnesq; feruntos nolim, quum me, licet  
Magister et dominus siem, totum tamen  
Vestræ salutis obtainendæ gratia  
Impendam. Et ut de uentre matris prodij  
Vobis, itaq; iog; moriar et eam ad inferos.  
Habetis exemplum quoq; hoc factio meo  
Ut seruiaris diligatisq; inuicem,  
Totumq; sese impendat alter alteri,  
Et nulla uos retardet hinc superbia,  
Potentiaeq; futilis aut scientie.  
Nullus etenim me maior est aut doctior  
Vos inter omnes. Mi proinde credite,  
Quæ uestra certa me ministro sit salus,  
Et me uicissim diligit uosq; inuicem.  
His si stuueritis remoti à cæteris,  
Verè beatieritis, et agnoscemini  
Mei esse discipuli ipso amore mutuo.  
Meiq; uerè essetis omnes, ni foret,  
Diabolus unus in sacro hoc collegio.  
Davidis sed et impleantur carmina,  
Qui sanè mecam uescitur, me calcibus  
Petit, deq; nunc prædico uobis ante, quam  
Fiat, uti cum factum fuerit, huius me dolis  
Captum sciatis, sponte sed solum mea,  
Ut patris expleam uoluntatem, et piem  
Delicta uestra et omnium credentium.

Sed hæc satis. Tu uero Iuda, hanc offulam  
 Cape, quodq; facere paras, id ocyus effice.  
**I V.** Faciam profecto, nec diute protraham.

### SCENA SEXTA.

*Iudas. Sargannabus. Conscientia.*

**S** Argannabe, huc mecum. Quid? Audistine eum?  
 Quid moliar odorari, et animo me malo  
 Injuriam ferre? **S A R.** Hercle sensi callide.  
 Fortasse uultu iræ dedisti signa? **I V.** Non  
 Ipse potuisses rectius non fingere.  
**C O N.** Quò nunc abis Iuda? Quid hinc te segregas?  
**I V.** Ne tu loquaris mihi. Quid autem nunc putas  
 Faciendum? **C O N.** Agas horum aio poenitentiam.  
**I V.** Non quæro de te. Conprime os inquam tuum.  
**S A R.** Facesse mulier hinc. Molesta ne sies.  
 Hic totus est meus. **C O N.** His profecto moribus.  
 Ne pareas isti, oro, Iuda. In maximum  
 Tducet exitium. **S A R.** Egone? immo ad lucrum.  
**C O N.** Si hercle lucrū erit corpus animamq; perdere.  
**S A R.** Perinde, quasi ego tale quicquam moliar,  
 Obtura amice aures et oculos, suadeo.  
**I V.** Non audio neq; curo. **S A R.** Lucrosè facis.  
**I V.** Sed quid putas? Me pupugit odiosè hercule,  
 Nosse et uidetur cogitus intimos.

**V**nus esse dictans sacro in collegio  
Diabolum. Opus erit prorsus eò incumbere  
**N**e forsitan elabatur è plágis mihi,  
**N**ummiq; subtrahantur & certi & boni  
Ethic & alibi. Tam cauebit enim, simul  
Resciuit ut parare me insidias sibi,  
S A R. Verisimile. I V. Proinde properandum reor  
Ut & ipse obliquè iussit, & ego protinus  
Vt scis, recepi. S A R. Laudo, factum fortiter.  
**Q**uid obstat autem, quo minus nocte hac manum  
Summam rei imponas? Solere eum egredi  
In montem oliuarum haud latet te, noctibus,  
Ibi & absq; turbis solus apprendi potest.  
I V. Percommodo dicis, sed ego, ne principes  
Non sint daturi milites noctu admodum  
Metuo. S A R. Oh, daturi. Tam uolunt illi citò  
Quam tu ipse captum. I V. Experiar hercle. O si da  
**N**ulla melior poterit dari opportunitas. (rent)  
S A R. Vade, excita, proponerem, quam commoda  
Quamq; utilis, quamq; facilis factus sit,  
Et impetrabis. I V. Eo. S A R. Atq; præsentarium  
**V**t dent uide argentum. I V. Satis memorem mon-

## SCENA SEPTIMA.

Iesus.

Num

**N**unc gnatus hominis ritè glorificabitur  
 Pariterq; in illo Deus. Amici non diu  
 Posthac ero nec multa uobiscum loquar.  
 Properè etenim mundi huius antistes uenit,  
 Omnem suam aduersus meum caput excitans  
 Potentiam, in me qui tamen nihil obtinet  
 Iuris, sed ita mei uoluntas est patris  
 Ut à scœlestis tradar, atterar, necer,  
 Qui me die resuscitaturus tamen  
 Est tertia, in summumq; positurus gradum.  
 Cuius uti pareamus ultro iussui  
 Surgite, uenite mecum ut exeamus hinc.

### CHORVS.

#### Anapæsticum Dimetrum.

Non male sed uerè hoc affirmant,  
 Lugubrem Christi perpetuò  
 Feruere ludum usq; à temporibus  
 Hominum primorum, semperq;  
 Ab origine mundi mactari  
 Agnum, id præsens quoq; declarat  
 Soclum. Siquidem & nunc habet hostes  
 Simul externos ac internos  
 Gentes, Iudeos, & Turcas,  
 Qui cede, manu, lingua ac ore

Cupiant extinctum, nec minus ijs  
Accurant atq; student multi  
Qui Christi uersantur in aula,  
Suntq; familiares ut Iudas,  
Et mensæ participes sacræ,  
Christiq; bonis luxuriantur.  
Omnes conspirant hi bellè,  
E medio ut Christus tollatur,  
Et contrà Antichristus adoretur,  
Ut dites sint & bene pasti,  
Et grati principibus mundi,  
Oscelera, o artes uer sutæ.  
Conatibus horum tu ipse obsta  
Christe, & laqueo præfocentur,  
Et tartara in infima trudantur  
Ante, tuum quam obfuscant nomen,  
Lucemq; datum obscurent nebulis,  
Quis mirificè illudunt populo.  
Ac sitibi paucos fortè dies  
Iterum crucifigi atq; occidi  
Placet & sepeliri, iubilet ut  
Atq; triumphet turba hostilis,  
Doleantq; tui, non multo post  
Christe resurge, appareq; tuis  
Victor amicis, ast inimicos  
Ignominia induit perpetua.

Aaa

A C T V S Q V A R T V S. 34

Scena prima.

Satanas. Sargannabus.

S Argannabeheus. Quò tendis? SAR. Oh princeps, modo  
Primum redis? SAT. Ita. SAR. Te uolebam uisere.  
SAT. Quapropter? SAR. Ut spectator essem fabula  
Per me inchoat & attentus, & plausum quoq;  
Intempore dares. Nunc enim est (quod dicitant,  
In cardine. SAT. Quid ais? interim rem tunè eò  
Duxisti? SAR. Eò prorsus. Magistratum modo  
Conuenit Iudas ut cohorte militum  
Accepta, in illorum Magistrum det manus,  
SAT. Lepidum facinus exasciatumq; affabré.  
Extollo te, dignaq; dabuntur præmia.  
SAR. Sed tu quid impetrasti apud Deū? SAT. Parū.  
SAR. Quid ita? SAT. Ante uortit Nazarenus pro  
Orando, & exauditus est. Nobis tamen suis  
Est Nazarenus ipse traditus, ut neci  
Detur. SAR. Ita traditus? Profecto sentio.  
Et ipse enim similia prædictum suis  
Procedet ergo sic meum negocium?  
SAT. Haud dubiè. Vtrinq; res parata est ad necem.  
SAR. Si principes modò non negarent milites

Noctu dare. S A T. Haud puto. Videbimus tamen  
Curentur ut nostra ex sententia.  
Eamus age, si forsitan ille deficit,  
Ut nos eis persuadeamus strenue.  
S A R. De cæteris autem quid? S A T. Interdicta uis  
Terrorre permisum modò & formidine  
Agitare quantumuis. S A R. Sat ad præsentia.  
S A T. Sat, si quidem nihil aliud conceditur.  
Uno sed ictu posset arbor cum omnibus  
Ramalibus tolli, periculi dein  
Nequid maneret casuum Sargannabe.  
S A R. Verum. S A T. Alia nunc occasio expectam  
Sed eamus, aliter ne quid ac uolumus, gerant. (6)  
Sed illa turba quid sibi uult? Ecce. S A R. Ehem  
Meus est Iudas. Cernis antecedere?  
Vah, militarem quam citò didicit gradum.  
S A T. Stipatus est gladijs bene atq; fustibus.  
Sequamur & nos illa uisum prælia.

## SCENA SECUNDA.

Iudas. Nagidus.

S Equimi agite nunc prorsus imperterriti.  
Animiq; fortes. Eum ego in manus  
Pulchrè dabo. Sed Nagide argentum ne habes  
Quod stipulatus sum, ut mihi des illico

Comprehendit

Comprendo eo? N A. Non habeo. IV. Nō? Id principes  
 Dixere tamen unā datus se tibi,  
 Statim peracta re daretur ut mihi.  
 N A. Ad pontificis aulam redi nobiscum, ibi  
 Dabitur. I V. Egone redeam in tumultū huiusmodi  
 Atq; adeo noctu? ut audiam, non ocium est,  
 Cras uel perendie redi, maioribus  
 Iam datur opera rebus, ubi eras? abijt modò  
 Questor alio, cibum capit, dormit, lauat,  
 Atq; alia mille, omnino tandem ut dent nihil  
 Haud uerba (scito) mi uolo pro re dari.  
 N A. Fatuus es atq; desipis. I V. Non hercule  
 Vbi recipiendum aliquid est pecuniae.  
 Atq; adeo noris uti, reuertar, nec gradum  
 Faciam ulterius, abite uos & querite.  
 N A. Vbi est? I V. Neg; illud indicabo. N A. In motibus  
 Nos ergo noctu errabimus? I V. Per me licet.  
 N A. Morosus homo es. An tu pecuniam tibi  
 Cupis dari re non peracta? I V. Nil foret  
 Discriminis etiam si daretur, sed tamen  
 Volo mihi capto illo dari èuestigio.  
 N A. Non est iniquum, & sic recepit pontifex.  
 Dabitur. Veni. I V. Audisti, uelim quando dari.  
 N A. Dabitur, ueni modò. IV. Habesne? N A. Proorsus.  
 Habeo tibi, nisi his uidea oculis. N A. Vide (IV. Nō fidē  
 I V. Aspersti aquam. Nunc sequimini audacter ducem.

## SCENA TERTIA.

Iesus. Petrus. Nagidus.  
Iudas.

O fendiculum in hac nocte uos patiemini  
Omnis mea causa, & capessetis fugam,  
Et solus a nobis relinquar. Quippe sic  
Antiqua uatum prædicant oracula:  
Percide pastorem, & relictæ mox oues  
Spargentur. A si è morte quum surrexero,  
Galileæ in oris antecedam uos, ibi  
Videbitis me. P E. Absurda ualde prædicat  
Et nunc magister Nosne passuris sumus  
Te propter offendiculum? & abste nos fugam  
Faciemus? Absit ut metus nos occupet  
Eiusmodi, ut te deseramus in malo.  
Et cæteri fortassis hoc si fecerint,  
Nunquam tamen ego deseram te. I E. Immò Petrus  
Hoc dico uerè tibi, quod antequam canet  
Hac nocte gallus, ter negabis me tibi  
Notum esse. Satanas expetiuit uos quidem  
Cibraret ut, sicut cibratur triticum,  
Ego tamen pro te rogaui, ne fides  
Tua deficiat. Et si fueris aliquando tu  
Conuersus, & fratres quoq; in fide tuo

Confirm

**C**onfirmat. P E. Egone te pernegem magister? At  
**T**ecum paratus sum subire carcerem  
**M**ortemq; ne dum te negaturus siem.  
**I**E. Hoc exitus docebit atq; ueritas.  
**S**edete uos mecumq; uigilate hic, quoad  
**P**rogressus illuc ad patrem fundam preces.  
**A**d usq; mortem namq; moesta anima est mea.  
**O**rate uos quoq; ne grauis tentatio  
**V**os apprehendat. Spiritus promptus quidem est,  
**I**n firma uero semper et fragilis caro.  
**N**A. Habetne circa se et alios? I V. Habet undecim.  
**N**A. Armis quibus? IV. Vix arbitror gladios duos  
**H**abere. Sunt nudi ac inermes cætera,  
**E**t admodum imbellis. Recaluaster modo est  
**V**nus, ferox, audax, capitis et saxe*i*.  
**E**um cauete dico, ne cui uulnera  
**I**nfligat. N A. Etiamne ille contra miliets  
**A**uderet unus congregi? I V. Plusquam Hercules.  
**E**go ne mihi occurrat cauebo sedulo.  
**I**E. Si mi pater fieri potest, hoc poculum  
**Q**uod miscuisti, et tempus appetit ut bibam,  
**A**me aufer obsecro, uerum tamen quod ipse uis  
**E**ueniat, haud quod carnis amat infirmitas.  
**N**A. Nostine Nazarenum et in tenebris tuum?  
**I**V. Quicum comedi atq; toties bibi hactenus  
**N**on nouerim: Oh tanquam meos digitos. N A. Tamen

**N**e certitudo nimia te fallat uide.

**E**t eo fuga elapso, nucis ceu nucleo,

**C**apiamus alium quempiam, ut putamina.

**P**ro quo tibi detur dein ne obolus quidem.

**I**V. **H**ec cura commissa est mihi. Proinde tu

**D**epone sollicitudinem hanc. Sequitor modò.

**C**ulpahercle committam istud haud unquam mes;

**E**lapso ut illo pereat argentum mihi.

**E**t ne quid erres, hoc sit iudicium uiri,

**Q**uemcumq; fuero amplexus & cui osculum

**O**btulerō, is est, tenete eum atq; ducite,

**E**t diligenter tum uidete ne manus

**V**estras fugiat. Haud patiar ascribi mihi

**C**ulpam, ut pecunia mihi reddatur minus.

**I**E. **D**ormis Petre & uos cæteri? Non horula

**P**otuistis una orationi incumbere &

**V**igilare mecum? Haud tempus est somni modò.

**E**n uenit hora, ut filius hominis in manus

**T**radatur impiorum, & ipse traditor

**E**n appropinquauit. Age mox consurgite

**V**t eamus illis obuiam. **Q**uem queritis?

**N**A. **Q**uem? Nazarenū. **I**E. Ego ipse sum. **IV. Q**uid

**C**aditis supini? Heu dedecu & infamiam. (hoc rei?

**M**isere uos ob ista uestri principes?

**M**ulierculæ estis trepidulæ non milites.

**Q**uid arma fertis? Cur datur stipendium?

**S**urgite!

Surgite, cadavera, stipites, fungi, algulae.  
 Quid merear ego uobiscum? Et acceptum lucrum  
 Vos penderetis. Huc uenite mecum. Ave  
 Rabbi. I E. Ad quid huc uenisti amice? filium  
 Tu tradis hominis osculo, atq; symbolis  
 Pacis & amicitiae ad nocendum abuteris?  
 I V. Quid statis? Arripite, manus constringite.  
 Nihil omnium curate quicquid dicitet.  
 Ne uos peritis fascinet sermonibus.  
 P E. Vis ne domine ut gladio geramus rem? Nihil  
 Querere opus ut uideo. I E. Abstine Petre. Iam satis.  
 Reconde gladium, nec tuos contrauelis  
 Pugnare principes. Qui enim arma sumperint  
 Contra magistratum suum, gladio dabunt  
 Poenam. Nec est me nunc opus defendier  
 Armis neq; tuis neq; alijs. An me putas  
 Non obtinere posse precibus à patre  
 Ut mittat auxilio angelorum plurimas  
 Myriadas? At quomodo Prophetarum satis  
 Oraculis fieret; Ut ergo cuncta iam  
 Geruntur ita gerenda sunt. I V. Abducite  
 Inquam. I E. Licuit & ante uobis noscere,  
 Non esse uestra nec fuisse potentiae.  
 Verum uoluntatis meæ & mei patris  
 Vestras ut in manus darer. Quotidie  
 Diebus his uobiscum eram in templo docens,

Nec me tamen cœpistis. Haud erat ergo opus  
Vt huc ita armati machæris & fustibus  
Tanquam ad latronem accederetis deniq;  
Ad comprehendendum me, & id noctu quidem.  
Quis restitit enim aut impediuit, quo minus  
Me prenderetis? Nempe uestrum hoc tempus est  
Concessaq; potestas. I V . Quid auditis virum?  
Quid statis? An missos putatis uos ut hic  
Discatis aliquid concionibus nouis?  
Et non magis captum ut trahatis in cruce?  
Age nunc tribune, redde mercedem mihi.  
Habetis hominem mea opera ac industria.  
N A . Habemus. Haud inferior. Age præcedite  
Vos atq; cautè Nazarenum ducite,  
Donec hominem hunc sceleratum & impiū & malū  
Absoluo. I V . Haha he. Non curo. Ne uoces licet  
Et aliud, argentum mihi reddas modò.  
N A . Paruumne uis monetam an arrident magis  
Argentei integri? IV . Minutis quid mihi  
Cum nummulis, quos non libet reponere?  
Argenteos solidos cedo. N A . Haud negocium  
Mibi esse tecum uolo, sed absoluam, ut lubet.  
Ne mī quoq; insidias pares. Nam cerno te  
Et uersipellem & subdolum & auarum improbe  
Omnia scelsta audere pro pecunia.  
En accipe. I V . O fulitura grata sacculi.

N A . Quid

N A. Quid tu? Sequēris quoq; magistrum nunc tuum?  
 I V. Non iam meus sed uester est. Nam uendidi.  
 N A. Ut dicis, est. Sed nunquid est negotij  
 In pontificis aula tibi? I V. Est quidem haud leue,  
 Quodq; huic crumenulæ queat succurrere,  
 Sed mane primo ad id recurrat tempori:  
 Nunc ibo dormitum, sopor enim me præmit.  
 Et dormiam nummis receptis suauius.  
 Vale. Tibi magnas quoq; habeo gratias  
 Quod solueris rectè. N A. Id tibi uertat male.

## C H O R V S,

## Saphicum.

Peius in terris nihil est auaro,  
 Qui Deo spredo simul & salute  
 Propria, omni præteritoq; iure  
 Quærerit argentum. Ruit ut citata  
 Tigris ablato catulos reposcens,  
 Ut famem diram patiens leæna  
 Fertur in prædam, uelut & caballus  
 Agnem irrumpit stimulante equarum  
 Cypride, in syluis ut aper canum ui  
 Actus, aut certo iaculo petitus.  
 Ignis haud obstat nec aquæ profundum,  
 Saxa non tædant, nec inhospitales

Genuina

Gentium terræ neq; saeuentum  
Efferrimores hominum, nec Austris  
Lege non certa ueniens procella.  
Monstra nec terræ neq; monstra ponti,  
Multæ quæ Proteus alit ex Palæmon.  
Cuncta perrumpit malesanus ardor,  
Pulsus horrendo Eumenidum flagello.  
Hic senes mactat miserè parentes,  
Fraudat & fratres simul & sorores,  
Hic negat Christum sequiturq; Turcas,  
Hic premit uerum duplicitq; lingua  
Interim cudit, ueneratur, urget  
Impios ritus, mediumq; iactat  
Rebus in prauis iter haud agendum.  
Nulla consistit pietas fidesq;  
Hic ubi regnat, pereunt propinqui,  
Et uetus nullo numero est amicus.  
Nec manent mensæ hospicijq; leges,  
Atq; honestum uile putatur omne,  
Dogma sed tantum uiget unum idemq;  
Plena sit semper maneatq; bursa,  
Et uel à diuis ueniat lucellum,  
Vnde succrescunt calidæ rapinae,  
Et doli cœci cupidæq; fraudes,  
Et strepunt furtis foræ & officinæ,  
Atq; cauponum patulae tabernæ, &

Dexter

Dexteratum nihil est ab unca.  
 Parcitur sacris neq; nec prophanis.  
 Quæritur nummus deus & redemptor  
 Solum, & illi omnis uigilatur ætas.

## ACTVS QVINTVS.

Scena prima.

Iudas. Conscientia.

**S**omnum admodum cepi breuem. Nam cura me  
 Distorsit atq; maceravit improbè  
 Quid nam feram pro testimonio, neq;  
 Reperire possum. Idoneum nihil est satis.  
 Nec habeo qui cum fulciam ac firmem mea.  
 Quare metuo uehementer argentum mihi  
 Quod inde promissum est negetur ne, atq; ego  
 Ridiculus omnibus siem ut inhibans lupus  
 Frustra. Ab lucri bona esset hic occasio  
 Atq; luculenta, qualis an post accidat  
 Haud scio. Dabo hercle operam uiris & machinis  
 Ne prorsus elabatur, & præsens lucrum  
 Simplum uelim potius, futurum quād duplum.  
 Quid autem agam? Quid mentiar & excogitem?  
 Quid si hoc? Leue est. Quid si illud? Haud satis qua-  
 In eum uirum. Ituc uerisimile prorsus foret, (drat  
 Astipulator si modo aliquis sit mihi,

Quando

Quando unius nil testimonium ualeat.  
Heu quantus est ubiq; mentiri labor?  
Quanto ingenio opus; quanta memoria? quae pars  
Curas? Laborem ueritas nullum expetit,  
Nullaque sollicitudine animum lancingat,  
Optimum erit ut in aula mihi unum aut alterum  
Socium requiram testimonij, aut rogem.  
Et si quid ab aliquo repertum callide  
Fuerit, id affirmabo iuratus simul.  
Sed quid moror? Eundem est. CON. Adhuc non cogitas  
Quid feceris Iuda. IV. Quid ego cogitem?  
Farsi crumenam argenteis, & id quidem  
Nolente & obstrepe te. CON. Hoc satis putas?  
IV. Non hercle, uerum ibo & alios argenteos  
Totidem parabo. CON. In maximum tuum malum.  
Pro pauculis qui tradideris argenteis  
Dominum & magistrum. IV. Porro te tradam quoque  
Si quis det argentum. CON. Immò iam sum prodita  
Abste, malicie hic praeue qui processeris.  
Nec dubito tandem fore ubi te ulciscar locum.  
IV. Huiusmodi mulierularum sunt minæ,  
Quas conuenit fortes uiros contemnere.  
Quin & alioquise pecuniosior  
Facillime explicat accidentibus à malis.  
CON. Immò magis inuoluit. IV. Recede. Nil soles  
Suggerere nec fari quod ad faciat lucrum.

Magnum

CON. Magnū est lucrum pietas Dei⁹ metus. IV. Sat  
 Abi, magis non metua mouent dicta, quām (est  
 Si crocit coruus. Mane isthic ex uiam  
 Me pergere meam sine. CON. Nihil agis, te sequar  
 Ad ipsa quoq; fumosa euntem tartara.  
 IV. Non, o bona, illuc tendo, sed in aulam. CON. Bene.  
 Mox inde ad Horcum lata sternitur uia.  
 IV. Quid tu (malum) hæc dicas mihi nec desinise  
 Et ipsa mœsta es, meq; mœstum destinat  
 Reddere? Hilaris quin potius esto letaq;  
 Mecum. Crumenam non uides quām turgeat?  
 Bisquindicim insunt (ut scias) argentei.  
 Alij⁹ totidem sunt mihi in mundo ferè.  
 CON. Ut cum crumena atq; pereas argenteis  
 Scelesti, quitanto scelere me sic tuo  
 Afflixeris, mœstamq; reddideris nimis,  
 Faxo profecto, mœstus ut sis tu quoq;.  
 Sanguinis habes precium, tuaq; iam dextera  
 Stillat cruore. I V. Desine hæc. Non res eò  
 Redbit, ut causa capitalis obruat  
 Magistrum. CON. Id exitus docebit. IV. Quo cadat  
 Res cumq; certum est ex alios argenteos  
 Non negligere, Tu longè abi hinc, nec sis mihi  
 Molesta. Nec enim obtemperabo neq; audiam  
 Caneres tametsi dulcius ex Aēdone.

## SCENA SECUND A.

Malchus. Phasutes. Iudas.  
Syrus.

**O**MNES REQUIRUNT TRADITOREM ILLUM UT FERAT  
QUOD POLLICITUS EST SPONTE TESTIMONIUM.  
ET PONTIFEX CIRCUMSPICERE & HUC PROGREDI  
ME IUSSET, HOMINEM SI WIDEREM UT ILICO  
INDUCEREM, SED CERNO NUSQUAM, NON ADEST.  
DEMIROR UBI NAM SIC MORETUR TAM DIU?  
NISI FORTE ALICUBI DEFODIT PECUNIAM  
VT TERTIA ME FRAUDET, UT UERSUTUS EST.  
NON ME PUTABIT SCIRE QUOD RECEPERIT.  
EHEM PHASUTE TU REDIS, SALUE. P H. PRECOR  
PACEM UICISSIM TIBI. QUID AGIS? M A. HOMINEM MA  
PRÆSTOLOR ATQ; QUERO. SED PROFECTO TU  
IAM RURSUS INCASSUM UENIS & INCOMMODE.  
P H. QUapropter. M A. INGENITUMULTU PERSTREP  
AULA, SENIORES & SACERDOTUM CHORUS  
IPSIQ; CONUENERE PLEBIS PRINCIPES  
DE NOCTE MEDIA, P H. Quid rei est? M A. APPRENDO  
HOMINEM PROPHETAM, NAZARENUM NUNCUPANT. (MA  
IN MONTE OLIVARUM, ILLIUS CAUSAM AUDIUNT  
EXAMINANTQ; P H. HEM, NAZARENUS CAPTU<sup>EST</sup>  
Iesus ille? M A. CAPTU<sup>OMNINO</sup>. P H. Quid est  
Causa

Causæ? M A. Haud scio, nisi quod populum dicitur  
 Seducere. P H. Hei mihi. Isne faciat quempiam  
 Errare, uel seducat, (ò causa impia)  
 Qui ueritas ipsa est, uiasq; per docet  
 Deo placentes, adq; mundi commoda  
 Natus uidetur totius? Quot ille in hac  
 Sanauit ægros gente? Quot mundauit à  
 Lepra? Quot à spiritibus immundis bonam  
 Reduxit ad mentem. Quot à tristi febri  
 Eripuit: Et paralyticos quot pristinæ  
 Integritati restituit? & mortuos  
 Quoq; suscitauit, nuper atq; Lazarum  
 Quarto iacentem iam die in faxo cauo  
 Reuocauit ad uitam potenti uoce. Quid  
 Ego uero alia benefacta commemorem uirilē  
 Benefecit omnibus, atq; nemini male.  
 Demiror unde quidnam habere principes  
 Causæ queant captum quod & cesum uelint?  
 M A. Id uiderint ipsi. Mihi certè nihil  
 Fecit mali, sed restituit aurem hanc statim,  
 P H. Quid acciderat? M A. In captione unà fui.  
 Ibi dum bonam præ cæteris operam uolo  
 Nauare, quidam illius ex grege irruens  
 Volensq; opinor sinciput diffindere,  
 Aurem amputauit, ille corripiens eum  
 Lubensq; uagine machæram reddere,

**R**estituit extemplo mihi aurem. Perspice.

**P**H. Læsio uidetur nulla penitus. Cernis hinc  
Vir quantus ille quamq; beneficus sit.

**M**A. Exinde me sibi quoq; amicum reddidit.

Sed principum iudicia non contemnere

Licet, nec illos suspicari perperam

Quid agere. Sed uenit homo quem quero. I V. Canis

Iam rursus in lumine sedet, nec me ingredi

Sinet data nisi tercia. M A. Quid tu(malum)

Ita diu abes? Quæsus es multum mihi.

**I**V. Ad quid? Capere mesomnium oportuit hercule

Et manè adhuc est. M A. Quære tu pecunias,

Somnumq; cape & occasiones neglige.

Tota hac ferè nos nocte per uigilauimus

Senes, sacerdotes & ipse pontifex,

Famuliq;. IV. Adeōne diem manere annus fuit?

Adsum ecce, adhuc facile exequar parteis meas,

**M**A. Prius age reddet tertiam. I V. Quam tertiam?

**M**A. Quam pollicitus es. I V. Egone pollicitus siem

Tibi tertiam? Quo teste? quo præsente? quis

Audituit? M A. O hominem improbum. De testibus

Nunc quando numerandum est, agis, porro prius

Non sic agebas pontificis ut copiam

Prebui adeundi. Age redde, nugasq; hinc procul

Aufer. I V. Ego neq; dabo neq; promisi tibi (nego.

Quicquam. M A. Negas? I V. Nego prorsus atq; pers

M A. Et

- M A. Et iure iurando illud abnegas, scelus.  
 I V. Omnino. M A. Proh periure et impiè homuncio.  
 Audesne pernegare tam manifesta? I V. Qui  
 Manifesta? Festes fiste, conuince, ac proba.  
 M A. Hem, nonne dicebas bonate mi fide  
 Simul ac recepisses daturum? I V. Somnias.  
 M A. O impudentem hominem et scelestum perdite;  
 P H. Atat, quid isthec turba Malche et milites?  
 M A. Haud sat scio. Proh Nazarenum protrahunt,  
 Sed nescio quo. Echo dum Syre, quid isthuc rei?  
 S Y. Ad præsidem iam Nazarenum ducimus,  
 Nam capit is est damnatus à toto grege.  
 P H. Hei mihi. M A. Quid ais? S Y. Id quod uides, et  
 Liquet ministris. Interim sed intro tu (Omnibus  
 Gradere, ut opus si quid fuerit, ad sis. P H. Papæ.  
 Ad præsidem sic Nazarene duceris  
 Damnatus? ò ingrata tempora, ò fides.  
 M A. Nunc tu scelesti quoq; tua socordia  
 Pariter pecuniam atq; testimonium  
 Disperdidisti. I V. Nempe tu remoratus es  
 Poscendo quod non debeo, quòd maximus  
 Te perdat omnipotensq; Deus. M A. Immò magis  
 Periure te. Sed redde tantem tertiam.  
 I V. Crucem potius. M A. Ea hercle tibi mage cōpetit.  
 P H. Quam Malche poscis hunc pecuniam, quod et  
 Disperdidisse fare testimonium?

**M A.** Hic ille tibi uir est phasute perfidus,  
Qui Nazarenū tradidit, conuictor &  
Discipulus illius, recepitq; ob scelus  
Argenteos bis quindecim, quorum decem  
Mīhi debet, inde plura quo mereretur, huc  
Falsum uoluit afferre testimonium  
Contra illum eundem, sed peracta re modo  
Frusta attulit. Sed introeundum iam mīhi,  
Si furcifer mīhi uspiam alibi occurreris,  
Curabo, post ut mentiaris nemini.

### SCENA TERTIA.

Conscientia. Phasutes.  
Iudas.

**V**ides' ne iam quò res redierit? Is tamen  
Quod non putaras, capit is est damnatus, &  
Ad præsidem gentis necandus ducitur?  
Quid nunc taces? Ecquid piget uel poenitet?  
**P H.** Dic tu mīhi, Num Malchus uera prædicat,  
Bis quindecim quod tradideris argenteis  
Sanctum uirum Nazarenū? **C O N .** Mutus est.  
Noli rogare, tradidit ueriſſime.  
**P H.** O execrabile atq; nefarium caput.  
**V**llum' ne mancipium uel hominem argenteis

Bis quindecim tradas? Nec es ueritus, scelus  
 Tradere magistrum atq; dominum pariter tuum,  
 Quid & redemptorem Deiq; filium?  
 Quæ causa? Quid peccauit in te? Quid minus  
 Tibi benefecit? IV. Oderam hominem. Nam lucro  
 Obstabat enixè meo. PH. Cui nam lucro?  
 IV. Quod undecimq; poterat obuenire mi.  
 CON. Mentitur, & narrat male atq; subdolè,  
 Illum doluit obstare furtis, non lucro.  
 Vnde lucrum enim hic faceret, cui nunquam fuit  
 Nec musca sortis P H. Hem doluit hoc pessime  
 Quod impediuit furtatua, nec passus est  
 Terapere, quæ uelles, & in præcepis ita  
 Ire? Bonam habere debuisses gratiam,  
 Non prosequi odio, restitut si in his tibi.  
 CON. Si quid habuisset mentis. P H. An furtū à Deo  
 Nescis prohibitum, quidq; contemptoribus  
 Legis minetur, & datus premij  
 Sit? CON. Cogitauit ille nunquam talia  
 Et suggesterentem me obstinate reppulit.  
 IV. Quid maceratis me d:u ac affligitis?  
 Querendus est uictus modo quocunq; P H. Proh  
 Nequissime bipedum, in animum induxti tuum  
 Hanc regulam? Preceptor hoc docuit tuus?  
 Te consecrasti, cerno, totum tartaro.  
 Extremaq; malicia cor obsedit tuum.

CON. Suasorem habuit in omnibus Sargannabum,  
Qui tandem eum quoq; duxit huc uestianæ.  
P H. Non cogitas esse execratum te à Deo  
Quæstione hac & simul mortalibus  
Abominabilem? Quod edis & quod bibis,  
Quod stas, quod ambulas, quod & somnum capis  
Vigilasq; totumq; id quod aura uesceris,  
Summa fit indignatione numinis.  
Et semper horrendum imminet fatum tibi.  
Quid dulce tibi uel esse iucundum potest?  
Qui Solis audes lumen obtuerier  
Hac regula hacq; prauitate pectoris?  
Fur porro non solum fuisti, ut audio,  
Sed factus es nunc quoq; magistrum traditor  
Et proditor & homicida, uoluistiq; eum  
Quocunq; falso onerare testimonio.  
Ecce in scelera quot lapsus es, turpisime.  
IV. Quid his acerbis opus? CO N. An auditu tibi  
Haec sunt acerba? at factu erant prædulcia.  
Nec ts magistri mouit integritas, neq;  
Veneratio, neq; grauitas neq; comitas,  
Neq; etiam humilitas qua ministravit tibi  
Non ceteris minus, nec hospicij neq;  
Sodalitatis iura nec collegij,  
Prorumperes scelera in nouissima quo minus,  
Haec ipsa & antè sepius dixi tibi,

Sed

Sed noluisti audire saxo surdior.

P H. Quo nunc redibis ore, quaque audacia  
Cœtum in sacrum? Quis non piaculum uelut  
Quà stabis aut sedebis execrabitur?

IV. Si mesodales non receperint, nihil  
Morabor. Aula in hac receptus est mihi  
Paratus, Hic summus fauet mi pontifex,  
Atq; Pharisæorum & sacerdotum cohors.  
Non curo piscatorium si odit genus.

P H. Tibi sit in aula ullus receptus aut fauor?  
Ne suspiceris. Nam tamen si maximè  
Tetra foret & notissima studijs malis,  
Non posset attamen te amare aut prosequi  
Fauore. Quis enim proditorem diligat?  
Cum traditore quis habeat commercium?  
Siquidem potentes proditoribus licet  
Non nunquam abutantur, tamen eos non amant.  
Cui parcat ille, non magistro qui suo  
Pepercit: & quem diligat qui non suum  
Dilexit alterum? Quis alienum putet  
Tutum esse posse ab eo, suum qui tradidit  
Dominum? Cui non deniq; insidias struat  
Ignobilis & subsellij infimi uiro,  
Qui struxit hominum nobilissimo simul  
Dicti: q; factis q; omnium clarissimo?  
Quamobrem in aula nultibi fauoris est.

Te pontifex oderit et omnes aulici

Planè est necesse. Scis minatus quid tibi  
Sit Malchus. Interisti, ei si occurreris.

Quod latibulum quæres? Vbi te abscondes miser?

CON. Et in cauernam se licet recondat, aut

Profugiat hinc ad usq; mundi terminos,

Sequar tamen stimulis et acri uerbere,

Hominum quoad reddam omnium miserrimum.

P H. Inuisus es Deo, inuisus et mortalibus

Te propria persequiturq; Conscientia,

Et odit. Ecqua spes salutis reliqua?

IV. Quid carpit me? Quidue in arctum cogitis?

Quid cor ita amarulenter atteritis meum?

An non sacerdotes idem at q; principes

Volueré quod ego; et hos dedere argenteos

Vt traderem? Si recipere indignum est scelus:

Tantum et dedisse est at q; adeo conducere.

An tradidisse crimen est ingens mihi,

Quum pontificibus et sacerdotum ordini

Damnasse præclarum eq; sit re publica?

P H. Damnasse præclarum futurum quam siet

Principibus, eq; publica re, postea

Sciemus, ultio siquidem lento gradu

Diuina serpit, et innocentem sanguinem

Haud rebus unquam profuisse publicis

Eudisse, multis constat exemplis malis.

Sed

Sed multitudo quid iuuat, uel principum  
 Autoritas apud seuerum iudicem  
 Deum? scelerorum haud solet qui copias  
 Nec dignitates respicere nec foedera?  
 Scelus horrendum tibi tuum erit, et iudici  
 Reddenda proteratio. Non solum omnibus  
 Sed singulis quoq; scelera interdicta sunt.  
 Vorabit ergo illius indignatio  
 Tam singulos quam densa multorum agmina.  
 Nec leuius ardor concremabit tartari  
 Cum plurimis quemq; ardeat quam si unicus,  
 Nec est leuamen quod dedere argenteos.  
 Habent mali malos ministros ad mala,  
 Emuntq; facinus quodlibet pecunia.  
 Mancipium es en perturpe, conductum ad scelus.  
 Cupiuerint sanè magistrum illi tuum  
 Sibi traditum captumq; te ne oportuit  
 Ad id dare operam? Quidue te potissimum  
 Conducier passus es ad hoc turpisimum  
 Facinus, quasi aliis nemo sit scelestior?  
 Quid habes leuaminis ergo? Quin facti sui  
 Ipsi leuamen quæsiere principes,  
 Eo quod argentum dedere tibi. Nam ita  
 Voluere delictum tibi suum imponere.  
 I V. Siccine putas? P H. Verissimum. I V. Heumifero  
 CON. An iam dolet? Quoties ego dixi tibi (mibi

**Vt abstineres, & cupiditatibus**  
**Iraq; moderareris, atq; sedulo**  
**Etiam etiamq; hortata sum ne perditum**  
**Te ires? I V. Fateor. CON. At nunc reiecta me, scelus**  
**Exorsus es pessimum & inexpiable,**  
**IV. Veh mihi. Quid admissi? Haud scelestior ullus est.**  
**C O N. Ultro cucurristi atq; erat negotij**  
**Tibi plurimum, ut marsupium impleres, habes.**  
**Odioq; simul haberis hominibus & Deo.**  
**P H. Tantilla quid tibi potest pecunia**  
**Prodeesse? eaque quam diu frui potes?**  
**Vt sempiternum sic subires dedecus,**  
**Piaculumq; odiumq; fieres publicum**  
**Inuisus omnibus & Deo & mortalibus?**  
**IV. Heu me miserrimum, malorum quo rui.**  
**Referam pecuniam potius, ut perferam**  
**Lemius, sceler a me namq; ceu plumbum premunt.**  
**C O N. Enille ducitur ad necem tradente te,**  
**Qui prestitit uitam salutemq; omnibus**  
**Qui credidere in eum, interim tu sanguinis**  
**Precium geris, beatulumq; te putas**  
**Et uiuis. O iniquitatem, proh scelus,**  
**Non metuis obsecro ne Deus te fulmine**  
**Conterat, humus uerupta uiuum absorbeat?**  
**Veniantq; laniatum canes & alites?**  
**IV. Agnosco, scelerum transfilisse terminos**

Omnes, sed hos mox principibus argenteos  
 Referam, graubus & liberabo me malis.  
 PH. Sanè uideto quā tuum expediās caput.  
 Ego domum eo, nec ultra queo tecum loqui.  
 Charissimum nam tradidisti mi uirum.  
 Ut pessimis te perdat exemplis Deus.  
 IV. Hei mihi, abit homo aculeo relicto in uulnere.  
 Quid nunc agam, ex his liberer ut angustijs?  
 CON. Refer age mox pecuniam. IV. Faciā ut iubes.

## SCENA QVARTA.

Caiaphas. Iudas.

**V**T præsidi dicant, uirum sententijs  
 Pro more legis esse nostris ad necem  
 Damnatum, ut ultra ne quid inquirat rei,  
 Dic Malche clarè & expedite cæteris,  
 Nos mox sequemur remq; confirmabimus.  
 Hoc nunc amici mi uidetur optimum  
 Curare, nostræ præsidi sententiæ  
 Re causa dicitur. Rogabit arbitror  
 Quid adferamus contra eum querimonia.  
 Si dixerimus in legis illum traditæ  
 Peccasse decreta, & Deum conuicijs  
 Lesisse, proptereaq; morti obnoxium,  
Ridebit,

Ridebit, ex causas loquetur friuolas  
Nos attulisse, eas neq; sat idoneas  
Cur quispiam tollatur è uitiois homo.  
Dicamus, urgeamus opere maximo  
Iure esse damnatum secundum dogmata.  
Nec nos ab hac sinamus abduci uia,  
Nostræ quoad concedat huic sententia.  
Quod si necesse forte fuerit, huc quoq;  
Ducamus & plebem, ut simul idem sentiat.  
Ut improbis nostrum omnium clamoribus  
Superatus, hominem subigat in celsam crucem.  
IV. Non amplius feram. Atq; rectè offendō eos  
Hic congregatos. CA. Quid (malū) tu irrumpis huc  
Indictus, inuocatus ad coetum hunc sacrum?  
IV. Me magna patres cogit huc necessitas.  
CA. Quæ nam illa? Cur non te huc tulisti tempori  
Ad testimonium ferendum? IV. Nescio.  
Agnosco patres impium factum meum,  
Quod cor magis magisq; discruciat mihi,  
Nec ferre possum urgente conscientia.  
Peccavi enim grauißimè quod tradidi  
Peccunia accepta innocentem sanguinem,  
Dominum magistrumq; meū ad interitum. Hei mibi.  
Haud uiuit ullus in orbe me scelerior.  
CAI. Pulchrè. Quid istuc nostra? An ipsenon prius  
Huc sponte uenisti rogante nemine,

Et

Et postulaisti tibi pecuniam dari  
 Ut traderes? Dedimus. Habes. Quis si modò  
 Tibi innocens uidetur, et factum dolet,  
 Ipsus vide, quonam modo absolui queas  
 Noxaq; purgari, quod ad nos propter hoc  
 Curras, nihil cause est. Tuum sufferto onus.

I V. Hercle nequeo. Quapropter ad uos ocyus  
 Veni, à premente ut me leuetis pondere.

C A I. Quo possumus pacto? IV. Recipite argenteos  
 Pariterq; peccatum meum in uestrum caput.

C A. Neq; hercle peccatum tuum, neq; quos habes  
 Argenteos recipimus, aut uolumus. Tibi  
 Serua atq; retine, tantopere quod antea  
 Tibi expetiuiisti. Fruere quantum lubet.

I V. Siccine facitis, et perditis miserrimum?  
 Nulla est apud uos alia consolatio?

C A. Recede nunc. Audisti. I V. Et inuitis tamen  
 Argenteos reddam atq; delictum meum.

En hī habetis, utrisq; uos fruamini,

C A I. Te perdat omnipotens scelestè proditor.

Quid nunc agimus? Ille abiit. Et pecunia hæc  
 Est sanguinis precium, in sacrum quod non decet

Aerarium ferri. Sed hac de re bene

Deliberabimus dein per ocium.

Post ceteros nunc est eundum ad præsidem,

Ne quid geratur aliter atq; conuenit.

SCENA QVINTA.

Iudas. Conscientia. Sargannabus.

O perditum me ter quaterq; & amplius,  
Cui nulla opis spes restat aut fiducia  
Neq; in Deo, cunctis neq; in mortalibus.  
Putabam in aula mi repositum aliquid spei,  
Aliquid fauoris, & refugij non nihil,  
Sed ecce contemnunt, repellunt, pessima  
Precantur, in praesentibus neq; me malis  
Respicere dignantur, nec alleuare mi  
Peccati onus, nec uerbulo solarier.  
Sibi ut video mortalium hoc uiuit genus,  
Et caeteros non estimat teruncio.  
Deridet, alijs si quid accidit mali.  
Sic cuius indigent, benigni sunt satis.  
Simul ac data est opera, uidere pensilem  
Vellent. CON. Tamen tu magni aliquid hic te fore  
Rebare, si in scelere ministrasses probè.  
IV. Hei mihi, se felliit me cupiditas mala  
Auriq; sceleratus amor, ut secunda mi  
Et hic & alibi pessimè promitterem.  
CON. Quid ergo non obtemperasti tu mihi  
Studijs reclamanti tuis semper malis?  
Sed maluisti habere cum Sargannabo

Negd

Negocium? quod quo redierit perspicis,  
 Tereſpicit iam nemo, nemo fert opem,  
 Sed execrantur quotquot audiunt tuum  
 Malè positum nomen, ſceleſte traditor.

I V. Ah ah, malorum in quod profundum me dedi  
 O terra, quid me iuſtines? Cur non uoras  
 Condiſq; tenebris luce subtractum è graui?  
 Nam cœlum & aſtra tœdet obtuerier.

C O N. Hoc nempe fecisti lucri. Ecquid te potes?  
 Iuuare nunc crumenula aut Sargannabus?  
 Sorbebit Horcus te & uorabit Cerberus.

I V. Intelligo, uideorq; præſentes mihi  
 Eos uidere, & latapandere guttura.  
 Diraq; cœlum contegi caligine,  
 Refertaq; indignationis omnia.

Quam gratiam ſperem uel unde, ueh mihi  
 Ipuſum abnegauī, perdiſi atq; uendidi  
 Salutis autorem iheronumq; gratiae.  
 Et pluris argento mihi impium fuit,  
 Fauorq; principum atq; mundi ludicra,  
 Quām qui cibauit ac meos lauit pedes,  
 Creditur & expectatus eſſe Mefias,  
 Cuiusq; nomine edidi miracula,  
 Magnaq; rerum exuberaui copia.  
 Quonam ibo? Quo me uertam? In orbe quem locum  
 Habitabo? C O N. Quid queris rogasq; talia,

Nulla

**N**ulla à malis te liberare potest fuga.

**E**t capricorni circulum excedas licet,

**T**e persequar scelerum tuorum conscientia,

**N**ec nocte nec die sinam quiescere.

**S**A R. Reuso quidnam rerum agat Iudas meus.

**P**robam an receperit monetam, et sacculum

**R**epleuerit. Certè bonam mi gratiam

**H**abiturus est, quod tale consilium dedi.

**A**t ecce graditur obuiam. Sed mœstus est

**V**ultuq; deieclo. Quid homini euenerit

**M**iror. I V. Malè pereant scelesti dæmones,

**E**t maximè Sargannabus scelerum caput.

**S**A R. Ohe, malè precatur etiam. I V. Perij miser.

**S**A R. Quid est Iuda? Cur precaris mi male?

**Q**uid tristis es? I V. Perij equidem miserrimus

**O**pera tua, tuoq; consilio malo.

**V**t inferisuperiq; te perdant male.

**S**A R. An non recepisti pecuniam, dic mihi?

**I**V. Sanè recepi. S A R. Quid reprendis ergo me

**M**euumq; consilium? Pecuniae fames

**I**nvaserat te, commodam ostendi uiam

**S**edare qua posses (nec aliter enim fere

**D**itescere licet artibus quam talibus)

**N**unc id benigne quod uolebas obtigit

**S**uas meo. Tu gratiam mihi hanc refers?

**C**ON. Sargannabum quoq; facis inimicum tibi,

Vt neq; hominum nec dæmonum te quissiam  
Post hac amet. I V. Perij equidem raditus.

S A R. Malam recepisti monetam forsitan,  
Quam non queas ualore eodem ponere?

I V. Bonam immò, nec mouetur hic querimonia.

S A R. Quid ergo te cruciat? I V. Magistrum tradidi,  
Deiq; filium. Hui mihi, interij miser.

S A R. An nesciebas antea à primordijs  
Eum esse quem dicis? Profectò noueras.

At tu crumenulam replere argenteis,

Ceteraq; mundi queritabas commoda,

Nunquam Magistrum ipsumq; filium Dei,

Quiserò nunc iam uenit in mentem tibi.

Ad illud ergo quod uolebas & mea

Consilia iure accommodau. Si dolet

Factum, imputato id & malè præcator tibi,

Non mihi. Tua etenim culpa tota non mea est.

In omnibus enim soleo amicis obsequi.

C O N. Vidèsne, ne Sargannabum quidem pati

Tuam sibi imputarier culpam, scelus?

I V. Veh mihi. Oneror solus premorq; ad inferos.

S A R. Ne dixeris. Animæ quiiores, & tetricum

Hunc pone uultum, I V. Non queo. S A R. Memento q

Sis diues effectus, secundaq; omnia

Tibi cesserint. Atq; ut animum capias bonum,

Frequenter ita quassa & moue marsupium.

**A**t est inane. Quid rei isthuc obsecro?  
Num condidisti alibi locorum argenteos?  
Pulchre id quidem. sed prorsus haud oportuit  
Marsupium ita relinquere uacuum, & sine  
Incedere argento A nimo enim & corpori  
Prebere comitans afolet pecunia  
Magnam uoluptatem. I V. Hei mihi. Perij miser.  
Nec me iuuare iam uoluptas ulla quit.  
**S A R.** Refode, mihiq; obtempera, mox senties  
Prodeesse. Non mirum hercle quod sic mcestus es,  
Quando crumenam fers inanem. Nam nihil  
Sic deicat animos, uacuus ut sacculus.  
**V**ade, & mihi ausculta. I V. Quid auscultem miser?  
Iam reddidi. **S A R.** Quid reddidisti? I V. Argenteos.  
**S A R.** Argenteos tu reddidisti? Cui rogo?  
**I V.** Principibus. **S A R.** O fatuum. Quid huc insanis  
Te perpulit, promptam bonamq; ut redderes  
Pecuniam? An fortasse conscientiae  
Obtemperasti? I V. Factum. **S A T.** Atego prædixeră  
Præmonueramq; sedulò ne aures huic  
Accommodares. Namq; citò ad insaniam  
Si commodasses te redacturam, ipsa quod  
Res nunc palam facit obtigisse, qui tua  
Pecuniam magna repertam industria  
Reddideris, immo effuderis & abieceris.  
**C O N.** Immo potius scelere repertam maximo.

SAR. Tact

SAR. Tace improba. An nō cernis hunc quò duxeris?  
 Quām nihil habeat animi? CON. Bene est. Ducā dein  
 Pœnas quoq; ad meritas. S A R. Vthercle incōmoda  
 Quid enim ille nunc faciat in anis acculo      (es.  
 Quām dira quærat ut sibi suspendia?  
 CON. Oh dignus est, quærat modò. Haud ego demo-  
 Quid uiuat etenim. Solis & uideat iubar,      (ror  
 Quem pariter inferiatq; superi deuouent,  
 Quicunq; uiuunt omnium ut turpisimum?  
 SAR. Hæc nimium acerba sunt. I V. Ego autē talibus  
 Atq; etiam acerbioribus multo, antea  
 Agitatus, euulsum mihi cor arbitror,  
 Inq; tenuissimas redactum laminas.  
 Grauiq; tundi indefinenter malleo.  
 SAR. Haud inuenio quo pacto opem feram tibi  
 Ultra. Duo etenim maxima admisti mala.  
 Emanibus ultro reddidisti argenteos,  
 Et nudior iam factus es leberide.  
 Obtemperasti deinde Conscientiae,  
 Ad remq; nullam uel lucellum es idoneus  
 Posthac. Quid incipies agere? Quid habes spei?  
 IV. Nihil hercle. Quippe tertium feci malum,  
 Longè duobus maius & funestius,  
 Quod tradidi ad mortem Magistrum, eheu meum.  
 SAR. Haud sensus esset huius omnino mali,  
 Nisi illa duo forent. Sed unde suppetet

In posterum uictus? Quid er negoçij  
Geres? Sodalitium perijt (ut scis) tuum.  
**IV.** Et lucis et uitæ piget tædet q; me.  
Nec astra nec terram iuuat me contui.  
**S A R.** Non hercle mirum redditis argenteis,  
Ablata et omni post lucri fiducia.  
**CON.** Quin te ocyus suspendis, atq; hanc eijcis  
Animam scelestam? I **V.** Cupio sane et optimum  
Reor, modò laqueum det aut restim mihi  
Aliquis. **S A R.** Et hac in parte non te deseram.  
Namq; est ad usus mihi laqueus huiusmodi  
Semper ferè in sinu, ut meis clientibus  
Si qui uolunt se perditi suspendere,  
Anciller, et sumptu quoq; ministrem meo.  
**Accipe.** Opus equidem nolò remorari hoc bonum.  
**Atq;** ipse quoq; uideo loci in terris nihil  
Esse amplius tibi **C O N.** Ocyus fac quod facis.  
**I V.** O furtæ multa quam grauatis me atq; cor  
**Arroditis** meum. O crumena cui dedi  
Operam hactenus, hominibus molestus et Deo,  
Nunc gratiam refers et ad suspendium  
**A digis.** Tui post cuncta tandem gratia,  
**Dominum** et magistrum, Messiam quem prædicant  
Heu tradidi in mortem. Male pereas uelim,  
Et quisquis uni post dederit operam tibi.  
**Veh** mihi iterum atq; iteru. Quid egis? In quod chaos

Me criminum mersi execrandæ gratia  
 Pecuniæ. Non est receptus uspiam.  
 Maiora sunt peccata mea quam quæqueant  
 Remitti. Igitur hanc gutturi aptabo meo,  
 Vitam hanc relinquam ut ocyus miserrimam.  
 Sint execrati cœlites & inferi,  
 Et quicquid in terris agit mortalium.  
 Tu quoq; scelestæ & atra Conscientia,  
 Autorq; subdole scelerum Sargannabe  
 Valete, de me sicut i meremini.  
 CON·Tu perge. Quisq; sua recipiet præmia.

### E P I L O G V S.

Sic ille se suspendit (optimi uiri)  
 Qui prodidit Christum Dei q; filium,  
 Argenteis bis quindecim. Horrendum omnibus  
 Qui plus pecuniam Deum quām diligunt,  
 Eiusue causa à ueritate deuiant,  
 Exemplum, in hoc frustraneum nec seculo.  
 Nunc quisq; se, suaq; studia consideret,  
 Num pluris ipsam ueritatem & filium  
 Dei aestimet, quām sacculum aut pecuniam,  
 Ne compari exemplo pereat in tartara  
 Detrusus, abiectusq; perpetim à Deo.  
 Valete, nobis & fauete actoribus.

C H O R V S.

Phaletium.

Multos credimus inter esse prauos  
Magnorum scelerum reos uel amplum  
Christi prodigionis ob lucellum,  
Ut nostro solitum frequenter euo,  
Qui fractas ita territasq; mentes  
Ob poenas meritas onusq; culpe  
Rident, & sibi tale niluerentur  
Peccant quamlibet euenire posse.  
Somno scilicet usq; adhuc profundo  
Mersi, legis & absq; ui quieti.  
Nese decipient monemus hosce;  
Neu uentis nimium fretoq; credant  
Tranquillis, subito procella surgit,  
E fundoq; fretum tumescit imo,  
Quum speres minimè, sedebat alta  
Qui puppi modò uel canens bibensue,  
Vel talos iacens fauente diua,  
Mox uersis uicibus natat per undas,  
Iussus tartareas adire fauces,  
Non diuina statim relucet ira,  
Virtutem neq; mox suam exerit lex  
Admisso scelere impioq; facta.

Certo

Certo certius attamen sequetur,  
 Diuinus furor improbusq; uermis,  
 Et legis superanda nemini uis.  
 In naui iacuit sopore pressus  
 Conatus Dominum latere cœli  
 Ionas, dum Niniuen recusat ire,  
 Delictum neq; sensit ipse magnum.  
 Nec uenti rabiem minasq; ponti,  
 Naucleri quoad excitatus acri  
 Voce, et sorte data notatus esset,  
 Agnouit facinus suum, Deiq;  
 Vindictam sine fine persequentem,  
 Se damnat, iubet et dari in profundum  
 Sese præcipitem, quod esset unus  
 Omnis causa mali et grauis procellæ.  
 Vir magnus sapiensq; recta Dauid,  
 Postquam in coniuge factus est adulter  
 Vriæ, et gladio peremit ipsum,  
 Non tanti sceleris statim dolorem  
 Sensit, sed iacuit sepulta culpa  
 Nathano retegente dum reuixit,  
 Incusitq; graues ad usq; mortem  
 Dauidi gemitus. Idemq; Achabo  
 Regi contigit impi, propheta  
 Helia meritas canente pœnas.  
 Quam cunctis igitur mori necesse est,

Tam noxæ ueniet statuta certo  
Vel tandem anxietas dolorq; dirus.  
Qui nondum premitur gemitq; noxa,  
Ne sit sollicitus, gemet, premetur  
Certo tempore, perferetq; pondus  
Dignum pro meritis, nec ullus unquam  
Diuinam effugiet uir ultionem.  
Felix qui medio scit in dolore  
Afflictumq; animum premente culpa,  
Quò se conserat, atq; ubi salutis  
Sit quaerenda uia et mali leuamen.

Finis. 23. Augusti.

1552.

Sophocis

## SOPHOCLIS AIA X

Flagellifer. Thoma Naogeorgo

Straubingensi inter-

prete.

## ARGUMENTVM.



V V M A C H I L L E S I N pugnacecidisset, uidebantur sibi Aiax & Vlisses circa illius corporis asportationem præ cæteris fortiter decertasse: iudicioq; de armis illius habito, uicit Vlisses. Vnde Ajax repulsam passus mente excidit & alienatus est, ut irrueret in greges, quum se putaret interficere Græcos. Et quadrupedum partim occidit, partim uinctas duxit ad tentorium, inter quas erat & aries unus eximius, quem putabat esse Vlissēm, quem uinctum flagris cedebat, unde & fabula inscribitur, Ajax flagellifer. Deprehendit autem Minerua Vlissēm circa tabernaculum speluncantem, quid nam rerum gereret Ajax, indicatq; illi quæ facta erant, euocatq; Aiacem in publicum ad huc furentem, gloriantemq; se inimicos interfecisse. Mox hic ingreditur ad flagellandum Vlissēm. Accedit autem chorus nautarum Salaminiorum, factum quidem sciens, quod nempe Græcorum pecora essent

iugulata, ignorans autem quis fecisset: Exit autem &  
Tecmessa Aiakis captiuia pellex, sciens quidem peco-  
rum imperfectorem esse Aiacem, ignorans autem cu-  
ius essent pecora. Vterque igitur ab altero discentes  
quod nesciebant, chorus quidem à Tecmessa, quod Ai-  
ax ea fecisset, Tecmessa uero à choro quod Græcorum  
essent greges occisi, lamentantur, et præcipue chorus.  
Deinde Ajax progrediens sanæ mentis factus, semet  
ipsum lamentatur, eumque Tecmessa obsecrat, ut desis-  
stat ab ira animique ægritudine, isque quum respondis-  
set se destitisse, exit lustrationis gratia, atque semetips-  
sum interficit. Quem quum repperisset Teucer eius  
frater, deplorat & se ex illum. Quumque eum uellet  
sepelire, interuenit Menelaus primò, deinde & Agas-  
memnon prohibentes ne sepeliretur, quibus Teucer  
animose contradicit. Vlißis tandem interuentu &  
persuasionibus rixa sedata est, & Ajax sepultus.

Personæ.

## PERSONAE.

<i>Minerua.</i>	<i>Nuncius.</i>
<i>Vlisses.</i>	<i>Teucer.</i>
<i>Ajax.</i>	<i>Menelaus.</i>
<i>Tecmessä.</i>	<i>Agamemnon.</i>

*Chorus constat ex senibus Salaminiis.*

*Præfatur autem Minerua.*

Semper quidem et te conspicata sum antea  
 Laertis ô fili, latenter et dolis  
 Curasse damnum quodpiam inferre hostibus?  
 Et nunc quoq; Aiacis uideo te nautica  
 Circa tabernacula, ubi nempe is ultimum  
 Sortitus ordinem est, diu uenatico  
 More, illius recens solo uestigia  
 Impressa quærentem, queas ut noscere  
 An intus an non sit. Bene autem te ut canem  
 Ducunt Laconem huc illius uestigia.  
 Nam uir modo intus est, caput sudoribus  
 Nec non cruentas sanguine exstillance manus.  
 Porta nec introspicere te hac opus amplius.  
 Sed ede, sumas hanc quamobrem operam tibi.  
 Fias ut inde ex me sciente certior.

**VLIS.**

V L I S S E S. O Pallas, omnium mihi charissima  
Inter deas, quam tua loquela et uox mihi  
Captu facilis est, et tametsi non sies  
Conspicua, uocem tamen ego audio tuam  
Ac mente corripio, tubam ceu si æneam  
Tyrrhenicam audirem. Atque recte intelligis,  
Me post uirum inimicum pre alto scilicet  
Scuto inclytum Aiacem huc et illuc gressibus  
Errare. Eum etenim haud alterum uestigo iam.  
Hac nocte enim rem fecit inopinabilem  
Nobis, eam tamen ille si fecit modò,  
Haud nouimus enim liquide, sed improbis  
Erramus huc illucque suspcionibus.  
Hoc mancipatus sponte sum ad negocium.  
Namque uniuersos ante paulò inuenimus  
Cesos greges, armenta nec non spiritus  
Ipsius simul spoliata cum pectoribus.  
Culpam hanc igitur omnes in illum conferunt.  
Quidam et mihi speculator, illum qui modò  
Campi per æquor saltitantem uiderat  
Solum, cruentoque ense, idem fecit palam,  
Dixitque: mox ego illius uestigia  
Sum consecutus, quæ notis partim satis  
Cognosco, partim de quibusdam me stupor  
Tenet, neque queo scire cuius nam sient.  
Tu commodum uero superuenis mihi.

Nam sicut antè facta, ita etiam quæ dein  
Faciam, tua unius gubernabo manu.

M I. Noui hoc V lisses, & modò hanc carpsi uiam,  
Venationi ad sim ut alacris custos tuæ.

V L. Dic chara domina, an hoc laboris commode  
Suscipiam, an hæc male suspicemur de uiros?

M I. Facinus patrauit ille reuera tibi.

V L. Et quare ad hoc facinus ita inopinabile  
Virtutus applicuit suas quæso manus?

M I. Ira grauatus, quod repulsam passus est  
Petendo Achillis arma. V L. Quid uero in greges  
Et fecit armenta impetum innocentia?

M I. Incede uestra uisus est sibi manum.

Polluere. V L. An hoc consilium ei contra agmina  
Achiuum erat? M I. Quin & peregisset statim  
Sine negligens fuissim ego. V L. Quia audacia  
Isthuc rogo quali & animi fiducia?

M I. Noctu super uos irruerat per dolum  
Solus. V L. An & ad nos is quoq; accessit prope,  
Nostrasq; stationes? M I. In ipsis iam iam erat  
Portis Atridarum ducum. V L. Qui tum manus  
Retinuit ad cedem paratas obsecro?

M I. Ego arcui, luminibus immittens graues  
Opiniones, ne cupito gaudio  
Frueretur, auertiq; ad innocuas greges,  
Pastorum & ad commixta nec partita dum

Armenta,

Armenta, que inuadens feroci dextera  
Cornuta cedem inter pecora magnam edidit  
Passim, uidebaturq; nunc quidem sibi  
Suis Atridas se manibus occidere,  
Nunc quempiam alium (strenue irruens) ducum:  
Ast ego furentem insanijs diris uirum  
Hortans & instigans in extremas impuli  
Erinnyas. Deinde postquam deniq;  
Quieuit a cede hac, ligatas uinculis  
Viucas adhuc boues simul & omnes greges  
Propriatumphans pepulit ad tentoria,  
Captos ueluti habeat uiros non cornibus  
Insigne pecus, & uerberibus intus modo  
Crudelibus lacerat. Et ostendam quoq;  
Tibi illius morbum hunc aperte ut omnibus  
Rem uisam Achini possies exponere.  
Subsistit uero audacter, atq; neutiquam  
Hominem uidere calamitatem censeas.  
Radios enim inuersos ego ipsa lumen  
Arcebo, ne te contuerier queant.  
Heus te uoco, intus qui prehensas uinculis  
Meritò oneras manus, gradum fer huc foras.  
Tete uoco Aiacem uoloq; huc paululum  
Prodire. V.L. Quid agis ò Minerua? Ne foras  
Ipsum uocato quæso. M.I. Non tu ergo feres  
Tacitè neq; hinc metus inanes auferes?

V L. Per ego deoste quæso, ne facias. Si thoc  
 Satis quod intus permanet. M I. Ne quid mali  
 Faciat metuis? An non homo idem & antea  
 Erat? V L. Ille uero inimicus est huic maximè  
 Viro, atq; nunc etiam amplius. M I. Iucundus est  
 Ergo ille risus maximè, inimicos super  
 Quis fit. V L. Manere illum domi, mihi sat est.  
 M I. Furentem apertè hominem uidere pertimes?  
 V L. Nec enim metuerem mentis illum compotem.  
 M I. Præsentem at ille te uidere non queat  
 Nec proxime. V L. Quo pacto? eisdem si uidet  
 Qibus antea oculis? M I. Ego tenebras uisui  
 Offundam, ut haud cernat ea quæ uel maximè  
 Cernit. V L. Deo operante fieri sanè omnia  
 Possent. M I. Tace nunc & mane hoc fixus gradu.  
 Virum ut adipiscaris. V L. Manebo. Ceterum  
 Remotus hinc adipiscier uellem magis.  
 M I. Heus tu tibi Ajax dico, teq; iterum uoco.  
 Quid opem ferentem usq; adeo reuereris parum?  
 A I. Salve ô Minerua, ô Iouis aue filia.  
 Quām bene mihi astitisti, & ego planè aureis  
 Capturam ob hanc ornabo spolijs te hostium.  
 M I. Dixti bene. Sed illud modò indica mihi,  
 Hastam nè benet inxiisti in Argium agmine?  
 A I. Est unde mi placeam, nec inficias eo.  
 M I. Num contra Atridas quoq; manibus hastaq; res

Fœliciter

Huic i. mi  
hi.

Feliciter tibi gesta? A I. Ita, ut nunquam amplius  
Aiacem honore debito priuauerint.  
M I. Ergo perempti sunt uiri ut te intelligo?  
A I. Nunc arma mortui mihi auferant mea.  
M I. Factum probè. Quid uero vliſſes? Quo statu  
Illum reliquisti? An tuas fugit manus?  
A I. Num de sceleſta bestia, ubiſit, me rogas?  
M I. Ita. Dico Vliſſem illum tuum aduersarium,  
A I. O domina. Iucundiſſimus is intus ſedet  
Vinctus, ut enim moriatur haud dum equeſdem uolo.  
M I. Facturus antè quid? Vel inde quid lucri?  
A I. Conſtrictus ante ut ad columnam culminis,  
M I. Miserrimo ex quid poſtea facies mali?  
A I. Dorſumq; flagris in ruborem traditus,  
Moriatur. M I. Ah ne ita uerberes miserrimum.  
A I. Hic mi ualebis Pallas, in alijs ego  
Tibi libenter omnibus morem geram.  
Aſt ille ſupplicium hoc, nec aliud perferet.  
M I. Proinde tu, ſi te hoc facere adeo iuuat  
Utere manu, nilq; omnium quæ cogitas  
Omitte. A I. Abeo igitur ad opus. Tibi hoc lubens  
Permitto, ut eiusmodi mihi adiutrix ſies.  
M I. Viden' Vliſſes quanta uifit Deum?  
Quis alter hoc uiro antea prudentior,  
Quisue melior repertus eſt ad omnia  
Faciunda quæ ſuadebat opportunitas?

VL.Nemis

VL. Neminem equidem novi. Attamen miseri illius  
 Me misereret, inimicus mihi quamuis fiet,  
 Quod propter hanc rem morbus in hunc malum incidit,  
 Non illius spectans mage ac mea commoda.  
 Video etenim omnes nos superno uestimur  
 Quicunq; spiritu, nihil aliud esse, quam  
 Simulacra ficta umbramque quampiam leuem  
 MI. Hæc ergo contemplans, superbum dixeris  
 Nullum ipse uerbum coelites contra deos, °  
 Nullumq; præferas tumorem, si tibi  
 Plusquam alteri fuerit opum uel uirium.  
 Dies enim una inclinat ac rursum erigit  
 Humana cuncta. Semper autem diligunt  
 Di temperantes, ac perosi sunt malos.

## CHORVS.

## Anapæstici Dimetri Catalecticci.

Telamoniade, fundamen  
 Regimenq; tenens Salaminis  
 Medio in pelago recubantis,  
 Feliciter audio quum te  
 Agere, ex animo collator,  
 Sin plaga Iouis uel sermo  
 Inuidiosus te tangit,

**A**Danais rumorq; malus,  
Patior mœrorem magnum,  
Exterreor utq; columba.  
**V**t& hac exacta nocte  
Prendere tumultus magni  
Infamiam ob exurgentem.  
Etenim aiunt te furibundum  
Prata ingressum est Danaorum  
Iugulasse greges, prædamq;  
**Q**ue capta, Gradiui iure  
Reliqua erat, stricto ferro  
Mactasse. Huiusmodi vliſſes  
Falsoſ ſermones fingeris  
Cunctorum ſtillat in aures,  
Valdeq; nimis persuadet.  
Credibilia nam nunc dicit,  
De te, tum qui audit quisq;  
Magis ac dicens lætatur,  
Nempe tuo illudens probro.  
Nam racula uiris qui immittit  
Magnis, facile non errat,  
At uero talia ſi quis  
Contra me paruum dicat,  
Haud persuaderet cuiquam.  
Nam ad bene agentem inuidia omnem  
Serpit, petit atq; illustres.

Atq; ill

Aequi sine magnis parui  
 Custodia sunt mala turris.  
 Siquidem cum magnis parvus  
 Optime & à parvis magnus  
 Dirigeretur. Sed non fit  
 Consilia ut stulti hæc discant.  
 At tali hominum genere ingens  
 Surgit nunc iste tumultus.  
 Nec possumus hæc aduorsum  
 Nos quicquam opus adferre sine  
 Te, rex. Nam lumina postquam  
 Tua iam effugere strepunt, ceu  
 Agmina uolucrum ingentem usq;  
 Accipitrem uitantia. Si  
 Tu compareres, forsitan  
 De subito mutifierent,  
 Trepidante metu perculsi.

### A C A T A L E C T I C I .

Num te Dea Taurorum Iouis &  
 Gnata Diana (o ingens fama).  
 O mater quale meum hoc probrum  
 Armentaboum publica contra  
 Instigauit, uel victoriæ  
 Cuiusdam causa nullum ex qua

i i Percepit

Percepit fructum ael donum.  
Aut magnificorum spoliorum  
Donis fraudata aut uenatibus?  
Num tunica Mars tectus rigida  
Vel Euyalius ob primitias  
Communis belli haud oblatas  
Fuit iratus tibi nocturnis  
Et artibus fraudem ulciscitur his?  
Siquidem ex te nunquam ô Telamonis  
Gnate, ad lœuam mente errasses,  
Ut in innocuas rueres pecudes,  
Diuinitus hic nisi uenisset  
Morbus. Sed Iuppiter & Phœbus  
Famam procul Argiaum auertant.  
Si uero reges magni ipsi  
Sermones fingunt uel credunt,  
Pestiferum fatur quæ Sisyphi  
Genus, ô rex ne mihi, ne mihi iam  
Hisce maritimis in tentorijs  
Ultra remanens, famam auge malam,  
Sed sedibus ex his prodicto,  
Ocio ubi longæuo firmas  
Certamen, cœlesteq; damnum  
Amplius incendis resuëscq;  
Petulantia uero inimicorum  
Interea absq; metu prorumpit,

Saltibus

Saltibus ut uentosis flamma.

Omnes cachinnant & linguis

Tristia nimis & dira loquuntur,

Magnus mibi uero exoritur dolor.

**T E C M E S S A.** Ratium adiutores Aiacis

Indigenis nati ab Erechtidis,

Gemitus dat causa & suspirij

Omnibus est quicunq; domus gerunt

Telamonis curam longinquæ.

Nunc uehemens ille etenim, ille ingens

Fortisq; humeris Ajax, turbida

Luctatur cum tempestate.

**C H O.** Qui tandem grauis illum morbus

Nocte hac inuertit, dic quæso

Ognata Teleutantis Phrigij?

Quandoquidem captiuam lectus

Aiacis retinet te strenui

Mutuo amore, ut fari possis

Falsi nihil, omnium uti conscientia.

**T E C.** Quo pacto autem dicam infandum

Sermonem? Nam percontaris

Lethos similem casum Insano

Correptus enim nobis morbo

Noctu inclytus Ajax, patravit

Rem turpem. Nam sanguinolentas

Arq; manu discerptas fortis

Papilionem intra conficeres,  
Stratas & humi passim pecudes,  
Audacia facta uiri illius.

C H O. Qualem heu patefecisti famam  
Ardentis ad acres pugnas uiri  
Intolerandam quamq; haud liceat,  
Effugere, à magnis arguuis  
Diffamat am scilicet, & quam  
Omnium etiam adaugebunt fabulæ,  
Hei mihi, quam metuo ad quodnam ultra  
Repturus sit facinus. Certum est  
Furiosa moriturum hominem manu,  
Qui nigris iugulauit gladijs  
Pecudes, pariterq; armentarios.

T E C. Hei mihi, nobis ergo inde egit.  
Captiuum armentum, quod partim  
Intus humo atræ illi sit mactans,  
Costis partim autem contritis,  
Medias dirupit pecudes ui,  
Quin ex arietes corripiens duos  
Albis pedibus, caput unius  
Summamq; abscissam proiecit  
Ludibrio linguam, at uero alterum  
Ut rectum constrinxit sursum  
Tentorij ad infractum columen.  
Duplici loro accepto freni,

Duplia

Duplicato flagro ac stridenti  
 Concidit, uerba infrendens mala,  
 Que genius tantum docuit malus  
 Nullusq; omnino mortalium.  
 C H O. Tempus igitur est iam, uelato ut  
 Quisq; capite tristem pedibus fugam  
 Arripiat, uel mage consensis  
 Transtris celeri remigio abeat.  
 Tales enim Atridae torquent minas  
 Contra nos. Martem formido  
 Lapidatorem, iactus ne perferam,  
 Forte dolores una cum illo  
 Quem Parcae tenet imperium ingens.  
 T E C. Haud amplius is morbo urgetur,  
 Sed desist, ut uehemens Auster  
 Sine splendenti fulgure desinit,  
 Aliusq; nouus iam illum & prudens  
 Dolor occupat. Infortunia enim  
 Propria aspicere absq; alio prorsus  
 Consorte, dolores fert magnos.

Trimetri lambici.

C H O. At si quieuit, faustus admodum mihi  
 Videor. Remoti enim iam & extinti mali  
 Me cura nulla amplius turbauerit.

T E C. Si quis deorum autem optionem det tibi,  
Vtrum accipere malles, an ut tu ageres lene,  
Ferresq; amicis ægritudinem tuis,  
An ut doleres in malis communibus  
Pariter? C H O. At ô mulier, malum illud maius est  
Quod duplicatur. T E C. Nos igitur haud impotes  
Mentis, simul nunc lædimur mœroribus.  
C H O. Quomodo locuta es? quid loquaris nescio.  
T E C. Vir ille dum morbo laborabat graui,  
Gaudebat ipse quibus tenebatur malis,  
Nos mentis autem compotes præsentia  
Tristes sua reddebat; at nunc postea  
Quam desijt furere, adq; se redijt probè,  
Et ille totus pessima ægritudine  
Torquetur, et nihil minus nos quam prius.  
Ex simplicibus an non duplicita hæc sunt mala?  
C H O. Assentior iam tibi, metuoq; ne à Deo  
Plaga aliqua uenerit. Si enim abscessit furor  
Qui fieret ut non inde gauderet magis  
Quam morbo adhuc detentus, ira nisi deum?  
T E C. Quod hec ita habeant oportet nosse te.  
C H O. Quis primus autem eius mali incursus fuit,  
Casum oro nobis ede condolentibus.  
T E C. Factum omne discas faxo tanquam particeps  
Siquidem ille prima nocte, quando haud amplius  
Serotina ardebat lucernæ, lancea

Sumptu

Sump ta ancipi tis, inanes uolebat exitus  
 Carpe re, et ego increpo atq; dico, quid facis  
 Ajax? quid hoc iter ingrederis, à nemine  
 Vocatus? Haud enim uocauit nuncius,  
 Audita neq; tuba est, sed omnis nunc capit  
 Exercitus somnum. Ille uero paucula  
 Dixit, que et ante sēpe dixerat mihi,  
 Mulier, mulierum ornatus est silentium.  
 Quod audiens destiti inhibere. Hinc solus is  
 Erupit, at rerum quid extrā gesserit  
 Narrare non possum, reuersus, at simul  
 Tauro strahebat colligatos et canes  
 Gregarios, prēdamq; cornutam bene.  
 Et hos quidem ceruice fracta perdidit,  
 Alios ad altam uinciens sursum trabem  
 Mactauit, alijs porrò spinam contudit,  
 Verberibus autem discidit uncōs uelut  
 Homines, ruens misera in pecora usq; impetu.  
 Et deniq; erumpens foras, locutus est

(umbra)  
Minerua.

Vmbræ alicui, nunc contra Atridas, nunc super  
 Vlisse, risumq; excitauit maximum  
 Narrando quantam ulciseretur puniens  
 Inuriam illorum. Dein regressus in  
 Aedes, recepit uix suam cum tempore  
 Mensem. Utq; damni plena uidit omnia,  
 Cœso capite ululauit, atq; stragibus

Cadauerum incidens ouilla ad funera  
Assedit. Hinc per fortiter prendens comam  
Manu & unguibus, sedit tacitus aliquandiu.  
Deinde dira est mihi minatus plurima,  
Si non palam quæ contigissent omnia  
Sibi ederem, & rogauit in negotium  
Quod nam incidisset, & ego amici pertimens  
Facta recitauit, quæ sciebam inde omnia.  
Mox ille grauibus rugit ploratibus,  
Quales ego ex illo ante non audiueram.  
Nam meticuloſi esse hominis ac infrenui  
Aiebat eiusmodi eiulatus edere.  
Sed si quid accidisset ante ea mali  
Vehementium sine strepitu ploratum,  
Susppiria trahebat, taurus ut remugiens.  
At nunc malo isto tactus infortunio  
Vir abstinenſ potu ciboq; , cadauera  
Pecudum inter enſe cesa proiectus ſedet.  
Facturus & uidetur omnino mali,  
Aliquid, ut ex his quæ loquitur & quæ dolet,  
Quodammodo facile queas cognoscere.  
Verum ò amici (quippe ob hæc huic missa sum)  
Ingridimini, ferteq; potestis si quæ opem.  
Tales amici enim nihil non gratia  
Faciunt amicorum, nihilq; non ferunt,  
CHO. Tecmessa filia ò Teleutantis, mala

quam

Quam grauia nobis dicas, hominem prorsus ad  
Fanaticam malis redactum insaniam.

A I. Hei mihi, mihi. T E C. Forsan mage etiam nunc  
Videtur uti. An Aiacis exclamantis haud (furit,  
Vocem modò accepisti? A I. Hei mihi, mihi,

C H O. Videtur homo uel adhuc furore tenerier,  
Vel pristinum ob furem in ægritudinem

Cecidisse. A I. Gnate, heu gnate mi. T E C. Heu miseræ  
Te clamat ò Euryaces, ecquid expetis (mibi.

Tandem? Vbi names Euryaces? hei miseræ mihi,

A I. Teucrum uoco, Vbi nam Teucer est? An perpe-  
Prædas aget? Ego autem interim pereo miser. (tim  
C H O. Sapere uidetur homo, Sed aperite has fores,  
Conspicuum enim fortasse me reuerebitur.

T E C. Ecce aperio, aspicere q; nunc licet tibi,  
Et quæ patravit atq; ut ipse affectus est.

A I. Hei socij, amici soli amicis ex meis,  
Soliq; rectis immanentes legibus,  
Videtis ut funestra me rotauerit  
Hyenis, & ex hyeme citati uortices.

C H O. Heu quam uideris uera testari nimis,  
Itsum indicatq; factum, ut insanum siet,

A I. Heu genus in arte nautica ferens opem,  
Mecum marinam quod uolutans palmulam,  
Domo profectum huc appulisti nauibus,  
Tete video solum inter affines meos.

Opem

Opem ferentem. Verum age simul me eneca.  
C H O. Bona uerba loquitur, ne malam afferens malo  
Medelam, ea ipsa matus quoddam insania  
Facias malum, iam olim malum factum est satis.  
A I. Viden' ferocem illum atq; magnanimum uirum.  
Ad prælia illum bellica imperterritum,  
Placidas oues inter sedere, strenuum  
Manu? Hei mihi quanto hæc cachinno digna sunt?  
Heu turpitudinem (dij boni) in quantam incidi?  
T E C. Ne, quæsote Ajax mi domine, loquaris hæc.  
A I. Haud tu foris es? Haud retrogradum efferes pes  
Væ uæ mihi uæ uæ. C H O. Per omneste deos. (dem?  
Rogo, ne dolori cede, sed recte sape.

### Anapæstici dimetri.

O me infælicem, qui manibus  
(dæmo-  
nas). i.  
Sceleratos preterij dæmonas,  
Atridas et Inq; greges balantes ouium  
Vlissim. Faciens incursum, tellurem  
Sanguine migrantim ad defeci.  
C H O. Quid te uero excrucias propter  
Confectas res? nec enim poterit  
Fieri unquam, hæc infecta ut fiant.  
A I. Heu tu qui cuncta uides, semper &

Causa

Causa omnis & instrumentum es mali,

Laertis fili, oblite sordibus,

Impostor totius exercitus,

Ingentem certè risum moues

Præ leticia ob nostrum hoc dedecus.

CH O. Dante deo ridet quisq; & dolet.

A I. Conspicerem illum modo, quamuis ita

Dolore ac dedecore affectus.

A I. Hei mihi, mihi. CH O. Nil magnum dicas.

An non perspicis in quo sis malo?

A I. O progenitorum nostrorum

Progenitor Iuppiter, o utinam

Inimicum pellacem nec non

Impostorem illum disperdere,

Regesq; simul geminos possim,

Tunc ipse libenter quoq; morerer.

TEC. Hæc quum optas, simul etiam opta mihi

Vt moriar. Quid enim me conuenit

Vivere te uita spoliato?

A I. Heutenebrae, charum lumen meum.

O rebus, mihi lux clarissima.

Suscipite o me, suscipite incolam.

Suscipite, Haud etenim diuum genus,

Non hominum breue tempus agentium,

Operæ precium est cernere me amplius,

Quum nemo mihi prodeesse queat.

(Conspi-  
cerem) mi-  
natus Vlif-  
si.

Fortis

(gnata). i. Fortis enim gnata Iouis flagris  
Minerua. Immitibus ad mortem cedit.

Quò quis igitur effugiat? quò nam  
Habitare profectus potero loco?  
Nempe perijt omnis fœlicitas,  
Mibi simulq; propinquus hisce.  
In stultis autem capturis  
Residemus. Quin etiam exercitus  
Me forsitan totus utraq; manu  
Perderet, & si uellem ego uiuere,  
T E C. Heu miseram me. Talia ne loqui  
Virum idoneum ad omnia, cuiusmodi  
Ante hac nunquam sustinuit loqui?  
A I. In mare decurrentia flumina,  
Vosq; maritima antra & littoreum  
Nemus, iam multum me multum  
Retinetis apud Troiam temporis.  
Verum amplius haud me non amplius  
Retinebitis auras carpentem.  
Hec igitur prudens quisq; sciat,  
Heu Zanbi uicini fluxus  
Iucundi Arguius & dulces,  
Haud amplius huiusmodi me uirum  
Cernetis, (uerbum dicam arrogans)  
Cuiusmodi neminem in exercitu  
Vidit Troia profectum à Græcia.

Nunc uero hic iaceo despectus,

Trimetri lambici.

C H O. Neq; prohibere te queo, neq; quomodo  
Sinam loqui, scio, qu incideris in hec mala.

A I. Heu heu. Quis unquam credidisset sic meum  
Congruere nomen calamitatibus meis?

Materia lamentandi enim bis terq; nunc  
Datur mihi, tot undiq; obruor malis.

Cuius pater humo ex hac eadem Troica  
Summis ab omni premijs exercitu

Ob fortia sua facta donatus, domum

Reuersus est magnam reportans gloriam,

Ast illius ego filius eundem in locum  
Iliacæ humili non copijs minoribus

Quum uenerim, nec eo minora gesserim,  
Despectus ita miser ab Achiuis occido.

Atqui satis uideor mihi hoc cognoscere,  
Viuens Achilles ipse si sententiam

Armis tulisset de his, alicui et optimo  
Dari uiro uoluisset, haud ullus mihi

Prelatus esset alius, at nunc callido  
Atridae ea homini dederunt, robore

Viri repulso huius. Sed oculi me nisi  
Animusq; transuersus mea à sententia

(nomen)

et uas ab

et a?o,

quod la-  
mentor

significat;

(huius)

se mon-  
strat.

Iam

Iam prohibuissent, neminem contra virum  
In posterum unquam tale quid decernerent.  
At nunc Iouis truculenta uisu filia  
Deaq; indomitatem in illos dexterant  
Errare rabie fecit immisstruci.  
Ita ut pecoribus in his cruentarim manus.  
Illi interim ora risibus quatunt, meas  
Quod fugerint manus. At id sponte haud mea.  
Nam si deus quis quempiam uult ledere,  
Melioris etiam ignauis effugit manus.  
Et nunc mihi quid est agendum, qui palam  
Odio ita habeor à dijs? & ipse exercitus  
Odit me Achium? tota porro intima mi  
Troia est, simulq; hæc cuncta camporum æquora?  
An hinc relictis nauium stationibus  
Solisq; Atridis pelagus Aegeum secam  
Versus domum? Qua fronte Telamoni patri  
Oculisq; me ostendam quibus? Qui deniq;  
Me poterit inspicere absq; fortitudinis  
Summa reuersum premijs, cuius tulit  
Magnam ipse laudem olim ex coronam glorie?  
Res non ferenda est. At profectus ad loca  
Munita Teucrum solus illis conseram  
Manus, & aliquam fortiter rem deniq;  
Gerens, moriar? At sic Atridis fecero  
Gratiissimam rem, ut mortuo insultent mihi.

Hec

Hæc ergo fieri non queunt. Eiusmodi  
 Experiar aliquid unde demonstrem patri,  
 Me nequit iam ignaro esse ab illo animo satum.  
 Turpe est eam cupere uirum producere  
 Vitam, malis quæ posse absolui nihil.  
 Quid enim diem unam aut alteram uitæ addere  
 Iucunditatis strenuo adferat uiro?  
 Haud ego hominem nihil emerem teruncio,  
 Qui spibus usq; se recreat inanibus,  
 Sed aut honeste uiuere aut occumbere,  
 Conuenit honestè nobilem natum uirum.  
 Summam omnium sermonum ita audisti modò.  
**CHO.** Quod tu quidem Ajax dignate non dixeris,  
 Et mente quæ non ex tua profecta sint,  
 Haud dicet ullus. Attamen ab his desine,  
 Hominibus ac permitte amicis ut tuam  
 Superent uoluntatem. Atq; curas proijce has.  
**TEC.** O Domine mi Ajax, maius haud ullū esī malū  
 Mortalibus, quam tristis est necessitas.  
 Ego siquidem sum ex patre nata libero  
 Validoq; opibus ut nemine alio inter Phrygas.  
 Nunc serua uero sum, deis sic uisum enim,  
 Tuaq; dextræ maximè qua capta sum.  
 Proinde postquam admissa sum ad lectum tuum  
 Beneuola sum tibi ac tuis, teq; obsecro  
 Per contubernalem iouem, per & tuum

Cubile, quo arcte conglutinatus es mihi,  
Ne me dolorificos accipere sermunculos  
Velis, tuorum subditam alicui hostium  
Relictam. Ad inferos enim si cesseris,  
Post fata meq; dereliqueris tua,  
Etiam me eadem existimato tum die,  
Viraptam ab Argiuis tuo cum filio  
Cibaria habituram statim seruilia.  
Et forsitan dominorum aliquis amarius  
Verbum loquetur, uilipendens me ac notans  
Sermonibus, Videte magni coniugem  
Aiacis, inter qui Pelasgos robore  
Excelluit, qua pro beatitudine  
Qualia habeat seruicia. Talia quispiam  
Dicet, in eaq; me genius impellet malus  
Quidem, at tibi haec uerba generiq; omni tuo  
Dedecori erunt. Sed tu parentem iam tuum  
Graui in senectute reuerere linquere,  
Reuerere matrem quoq; grauem armis plurimis,  
Que sepius deos precatur coelites,  
Ut uiuus ac sospes reuertaris domum.  
Miserere & (o rex) filij que so tui,  
Hoc cogitans, nutritione si tua  
Spoliatus hac noua, diu a tutoribus  
Tibi non amicis solus huc uexabitur  
Illucq; quantum illi mhiq; sis mali

Si moreris, allatus. Etenim mihi nihil  
 Quò collocem fiduciam superest meam,  
 Te præter unum. Nam q; tu patriam mihi  
 Matremq; uastasti, parentem autem meum  
 Ad incolas demisit infernos colus  
 Parcorum iniqua. Quæ mihi autem patria  
 Fieri queat pro te? quæ opes? omnis mea  
 Inte salus est. At mei quoq; sis memor.  
 Boni uiri est ut sit uoluptatis memor  
 Si quam uspiam percepit. Et semper quoq;  
 Gratia uicissim gratiam alteram parit.  
 Beneficij uero accepti apud quem disperit  
 Memoria, nunquam ille fuerit uir nobilis,  
 CHO. Ajax, haberes uellem ut ex ego in pectoré  
 Miserationem. Tunc enim uerba istius  
 Hec utiq; laudares. A I. Et ingentem nimis  
 Laudem ista consequetur à me, si modo  
 Mandata quæ sunt exequetur strenue.  
 TEC. Sed chara mi Ajax, ego lubens in omnibus  
 Parebo. A I. Puerum ergo adfer ut uideam meum.  
 TEC. Atqui ob metum subduxì eum antea tibi.  
 A I. Malis in hisce? An mihi aliud prædicat?  
 TEC. Ne disperiret quapiam occurrensti.  
 A I. Genij hercle erat illud etiam mei mali,  
 TEC. Ego igitur in custodia habui. Tu quoq;  
 Idem adiuua. A I. Factum atq; prouidentiam

Collaudo, quam circa hoc adhibuisti, tuam.  
TEC. Prodesse uero quid queam post hæc tibi?  
A I. Sine ut alloqui coramq; possim cernere.  
TEC. Seruatur is sanè à ministris proxime.  
A I. Quid ergo tam cunctatur huc se sistere?  
TEC. Heus gnate, te uocat pater. Age huc ducito  
Eum minister, quisquis eius diriges  
Gressum. A I. Quid, an loqueris mouenti huc iā pede,  
An uerba non exaudienti quis uocas?  
TEC. Immò è propinquo iam minister huc gerit.  
A I. Adfer mihi illum, huc adfer, haud terribitur  
Enim recentem hanc intuens cedem, meus  
Si gnatus est uerè, patrisq; habet indolem.  
Sed mox eum in crudis parentis moribus  
Oportet exercerier, fieri & parem  
Indole parenti. O gnate, fias tu patre  
Felicior quidem, in alijs autem omnibus  
Similis, neq; unquam ignavior fias precor.  
Quin te & beatum prædico in præsentia,  
Quod penitus horum nil malorum sentias.  
Qui nil sapit enim uitam agit suauissimam.  
Namq; sapere nihil, est dolore carens malum.  
Gaudere discas donec & tristasier.  
Aetatis autem huc ueneris quum deniq;,  
Monstrare oportebit inimicis tum meis,  
E patre quali qualis eductus fies.

Leuibus

Leibus at interea loci auris pascere,  
 Teneram animam ludis fouens puerilibus,  
 Vnde genitrici gaudium oriatur tuæ.  
 Te nemo Achium tristibus lœdet scio  
 Damnis, tametsi abfueris à me procul,  
 Talem relinquam ritè custodem tibi  
 Teucrum, educationis impigram tuæ  
 Curam gerentem, et si absit in præsentia.  
 Ob hostium iniunctam sibi custodiam.  
 At bellicosi ô uos uiri, populus mari  
 Circumdate, hanc committo uobis gratiam,  
 Referatis ut nempe mihi eam communiter,  
 Mandatum et illi annuncietis hoc meum,  
 Perductum ut hunc puerum meas secum in domos,  
 Monstret parenti matri et Eribœæ optimæ,  
 Nutritor amborum ut senectæ perpetim  
 Euadat, usq; dum eant ad infernas domos.  
 Ast arma mea, neq; præsides certaminum  
 Ponent Achius, neq; etiam exitium meum.  
 Sed tu Euryaces ô gna' e, sumptum septuplex  
 Scutum, atq; idem infractum tibiq; cognomine,  
 Tene, hacq; loro illucq; uerte futili.  
 Porro arma alia mecum sepeliantur simul.  
 Sed ocyus iam tu hunc puellum fuscipe,  
 Et duc ab ædibus, mihi nec luætibus  
 Neq; lachrymis tentorium imple tristibus.

(exitium)  
i. Ulisses.

Proclive valde est mulierum ad litem genus.  
Tege eum ocyus. Sapientis haud medici est, rei  
Citam exigenti sectionem carmina  
Adhibere magica. CHO. Metuo, alacritatem audiens  
Tuam, neque mihi acuta lingua placet tua.  
TEC. O Domine mihi Ajax, quid agere instituis rei?  
A. I. Ne querito, ne examinato. Te decet  
Modestia, et nil curiosè querere.  
TEC. Hei mihi, animi ut perturbor aegritudine.  
Tibique per gnatum deosque supplico,  
Ne nos relinquas atque prodas sic tuos.  
A. I. Nimiris es molestia. Ante fugit, quod amplius  
Nullam a deis opem manere debeam?  
TEC. Eene ominata loquere. A. I. Obedientibus  
Dic ista. TEC. Non parebis ergo tu mihi?  
A. I. Nimiris etiam tu multa garris. TEC. Oppido  
O rex metuo nempe. A. I. Ostium non ocyus  
Claudetis; TEC. Annimum sume mollem per deos.  
A. I. Stulte uideris mihi sapere, quae denique  
Meos modò erudire mores cogites.

### Anapæstici Dimetri Acatalecticci.

CHO. O celebris Salamis, tu nunc quidem  
Incoleris circumfusa mari  
Feliciter, et cunctis semper

Spectabilis

Spectabilis, infelix autem ego,  
 Ideo in præensi gramine  
 Iam perlongum maneo tempus,  
 Nullo in numero reputatus, sed  
 Semper tempestate uolubili  
 Vexatus, simul & habens spem malam,  
 Qui detestandum & tenebrosum  
 Apprendam Plutonem deniq;  
 Præterea Ajax incurabilis  
 Hic intus mihi ad extremum malum  
 Sedet, hei mihi, diuinæ commorans  
 Insaniæ. Eum tu huc misisti  
 Sæpe prius uictorem in bellis.  
 Porro suo nunc animo obtemperans,  
 Quam maximum amicis fert luctum  
 At strenua facta priora illius  
 Ingrata ingratæ ceciderunt,  
 Ceciderunt stultisq; Atridis,  
 Certè ad multos proœcta dies  
 Canamq; senectutem mater,  
 Quando audierit morbo insano eum  
 Correptum, non lugubre uetus id  
 Lugubre carmen, nec miserabilis  
 Volucris lusciniæ luctum canet,  
 Infelix, sed acuta ualde  
 Flebit uoce ac lamentabitur,

apprendā  
 Plutonem.  
 i. moriar.

Pugnis et pectus resonantibus  
Planget, canosq; pilos pariter  
Lacerabit. Melius longè emori,  
Quam morbo affligi frustra graui  
Illum, qui clara ex pro sapia  
Maiorum ueniens atq; optimus  
Existens Argium, haud amplius  
In solitis consistit moribus,  
Verum extra officium delirat.  
O genitor miser, auditurus  
Quam damnum es graue, quale haud illum  
Huc usq; Aeacidis sceclum tulit,  
Præterquam hoc unum uniq; huic uiro.

Senarij lambici.

A i x fin= A I. Fert cuncta tempus longum et innumerabile  
git se mu= Ignota que sunt, rursus et nota occulit.  
tatum et Nihilq; non sperarier post fore.  
destitisse a Deprenditur sed iusq; iurandum graue,  
sententia Animiq; tandem peruvicaces admodum,  
semet oca Mutabiles esse. Siquidem et ego qui prius  
cidendi, ne Ferri retineli more perrigidus fui,  
impedire. Nunc redditus sum mollior quam foemina,  
eur. Huius mulieris ore, prohibeo et iam  
Miseratione, uiduam eam relinquere

Inter

Inter inimicos, filium quoq; orphanum,  
 Sed ad lauacra uado, proxima et mari  
 Prata, hasce quo pollutiones ablueam,  
 Iramq; difficilem ita declinem dea.  
 Post in locum profectus haud uestigis  
 Tritum ullius, sic ubi reperero huiusmodi,  
 Ensem hunc meum abscondam mihi inuisissimum  
 Humo refossa, nemo ubi uisurus est,  
 Sed nox eum Plutoq; ferus apud inferos  
 Custodient. Ego enim ex quo eum accepi in manus  
 Ab Hectora datum munus inimicissimo,  
 Nihil inde percepi unquam ab Arguuis boni.  
 Verum sed est mortalium prouerbium,  
 Dona hostium non dona sunt nec commoda.  
 In posterum autem dijs sciemos cedere,  
 Atq; etiam Atridas colere discemus probē.  
 Sunt principes enim, proinde conuenit  
 Cedamus uti, quid ni? Grauia enim et maxime  
 Fortia, locum dant incliti honoribus.  
 Et nunc hyems cedit niualis floribus  
 Veri referto, noctis et nunc circulus  
 Caliginosus cedit, ut equis candidis  
 Dies reducat lumen, et fontum quoq;  
 Ab acribus ualde excitatum flatibus  
 Tranquillat aura leuis. Omnipotens quoq;  
 Sonitus resolutus compeditor, nec tenet

Quos occupauit semper, Et nos quomodo  
Non disceremus temperanter omnia  
Gerere? Ego sanè noueram & prius bene,  
Quando eram inimicus adhuc, ita odio quempiam  
Habendum, ut is post paulo amari possiet.  
Et tantum amico commodare destino  
Inseruiens, quantum haud amico perpetim  
Mansuro. Apud homines enim quam plurimos  
Sodalitatis portus haud fidus satis.  
Circa haec quidem recte habebunt omnia.  
At tu mulier ingredere dijsq; supplica  
Indesinenter, ut ea fiant quæ uolo,  
Vos quoq; socij idem facite pariter cum hac mihi.  
Teucroq; si redierit, ex me dicite,  
Curam ut gerat nostri, benevolus & siet  
Vobis simul, Ego enim eo iam eundum quo mihi.  
Vos interim quæ dico facite, & forsitan  
Citò audietis me malis ex omnibus  
Saluum esse, nunc licet admodum infaustus siem.

Anapestici dimetri.

Chorus      C H O. Horreo pro laetitia, & gaudio  
resipuisse      Efforor, atq; elatus sum nimis:  
putat Alas:      Iu iu Pan Pan, ô Pan Pan  
tem, idco      Clamo se, niugli in Cyllania.  
letatur.

Saxoso

Saxoſo buc uenias à uertice.  
 O inter diuos factor chori  
 Et princeps, ut præſens Bacchica  
 Et Corybantiaca capessas ſimul  
 Quæ nullo tripudia datore  
 Didicisti. Nunc etenim mi libet  
 Saltare. Icarium pelagus quoq;  
 Transmittens ô rex ueni Apollo  
 Delie, mibi ut adſis. Nam certò  
 Tu benevolus es perpetuò mihi,  
 Namq; graues moerores Mauors  
 Soluit ab oculis. ! uiu, nunc nunc  
 Rursum ô Iuppiter illuxit dies  
 Nobis candida, qua pontiuagis  
 Ad naues accedere liceat,  
 Quando dolorum Ajax oblitus,  
 Rursum uenerandos absoluit  
 Diuum ritus, optima eos colens  
 Lege. Omnia perlongum tempus  
 Tabefacit conſumitq; igni,  
 Nihil inſperatum ut dici queat.  
 Quippe ex inſperatis optimè  
 Nunc resipuit eſt magnis iurgijs  
 Ajax, animo Atridis eedens.

Iambici ſenarij.

Nuncius.

NVN. Charissimi uiri, omnium primum uolo  
Annunciare hoc, modò redisse à Mysijs  
Regionibus Teucrum. Statim autem ut attigit  
Castra media, Argivis pariter ab omnibus  
Conuicijs petitus est. Nam ut senserant  
Ulterius ingredi uolentem, hinc inde eum  
Circumstet erunt, deinde nemo ex omnibus  
Non plurimis inceſſit conuicijs  
Vndiq; furentis & uniuersum exercitum  
Petentis insidijs ad inuidiam uocans,  
Fratrem, nihilq; proprius est factum quam uti  
Lapidibus opprimeretur. Atq; huc deniq;  
Venere, uaginis ut ensesiam propè  
Educerentur. Porro lis magis ac magis  
Promota, uix tandem sernum sermonibus  
Composta desijt. Sed ipse Ajax ubi est  
Nobis, ut indicem hæc? Heris siquidem omnia  
Narranda sunt, quorum uidelicet interest.  
CHO. Non intus est, sed antè non multo exiit,  
Noua consilia moribus ut adiunxit nouis.  
N V . Ach heu, ach heu. Tardè ergo nos sumus hanc  
Miſſi? an ego fortassis fui ipſe tardior? (uiam  
CHO. Quid ita tibi est neglectum in hoc negotio?  
N V . Teucer manere iuſſit in tentorio  
Hominem nec egredi, ipſe dum præſens siet.  
CHO. Consilium ad utile uersus, exiit modò,

Cum

Cum dijs ab ira ut redeat in concordiam.

N V, Hæc uerba prorsus fatuitatis plena sunt,

Si uera Calchas beneuolus ei prædicat.

CHO. Quenam? Quid hac de re amplius comperti

N V. Tantum scio, præsens & ipse interfui. (habes

Ex concilio etenim atq; regum circulo

Digressus, & seorsum ab Atridis, manum

Calchas prehendit Teucriamice dextera,

Dixitq; & imperauit, omni ut machina

Retineret Aiacem die hac sub pellibus,

Prodire nec quoquam sineret in publicum,

Si unum eum uellet uidere longius,

Duntaxat hac enim (ait) stimulat illum die

Diuæ Mineruæ grandis iracundia.

Namq; immodestos atq; præstantes uiros,

In magna cadere ira deûm infortunia

Dicebat augur, nempe qui quum homines sient

Creti, haud dein, homines uti decet, sentiunt.

Porrò ille statim ut ex ædibus profectus est

Demens (bene ut eum genitor appellauerat)

Inuentus est. Ille siquidem ad eum dixerat,

Tu semper hasta gnate superior quidem

Esse cupis, esse autem mage auxilio dei

Studeto. Is arroganter autem, & oppidō

Respondit imprudenter, Auxilio dei

Ignarus etiam superior fit homo pariter

Vincitq;

Vincitq; ego autem et absq; dijs deumq; ope  
Victoriae me spero nocturum decus.  
Hæc uerba protulit superba is ad patrem.  
Dein secundò hortante diua Pallade,  
Cruentam in hostes ut manum conuerteret,  
Infanda et haud ferenda uerba retulit:  
Regina, Achius mage alijs aß stito,  
Nam pugna nunquam nostra procedet male.  
Sermonibus uero his deæ implacabilem  
Assciuit iram, quod homo non hominis modo  
Saperet. At hanc si euaderet tamen diem,  
Eisaluti, dijs iuuantibus bene,  
Possemus esse forsan, et tuerier.  
Hæc dixit augur. Porrò Teucer ilico  
Me misit illinc hasce ut adferrem tibi  
Epistolas, ut nempe seruares eum.  
Amisimus si uero, homo ille haud amplius  
Superest, modo augur uerasi locutus est.  
CHO. O misera Tecmessa, undiq; infauustum genus  
Procede, et hunc mihi intuere nuncium,  
Quæ uerba spargat. Nam cutem nouacula  
Iam radit, ut gaudere nemo possiet.  
TEC. Quid suscitatis rursus hic me è sedibus  
Miseram ab inexhaustis prioribus malis  
Vix dum quietam? CHO. Hunc tuuirus audi, qualia  
De Aiakis actione nobis prædicet.

Ob quam grauis me penitus apprendit dolor.

T E C. Hei mihi. Quid aīs homo? Nunquid interiui-

N V. Rebus ego de tuis nihil noui, at super (musæ

Aiace, si quidem est foris, metuo nimis.

T E C. Sanè est foris, quod me dolore macerat,

Quid dicis autem? N V. Teucer intentorio

Eum teneri præcipit, solum neq;

Dimittere. T E C. Ast ubi Teucer est? Cur mandat

N V. Hic iam aderit ille. Aiacis aut hunc exitū (hec

Exitium in ultimum metuit euadere.

T E C. Hei mihi misera. Mortaliū à quo audiuit hæc?

N V. Ex uate Thesloride, diem qui hanc prædicat

Mortiferam ei planè atq; violentam fore,

T E C. O misera ego. Mox queso amici fertे open

Fortunę in hisce iam necessitatibus.

Partimq; properate, ut ueniat huc oxyus

Teucer, alij uero occidentales uias

Alij orientales eentes querite,

Quoniam uir abierit malo istoc exitu.

Intelligo me ab hoc namq; deceptam uiro,

Meaq; prorsus excidisse gratia.

Hei mihi, quid ago fili? Haud decet ut hic te locem,

Sed uadame ego eo quām queo citissimè.

Eamus age, curramus. Haud occasio est

Hic iam sedendi illum uolentibus uirum

Seruare, qui sponte properat mori sua.

**C**HO. Sum promptus hinc abire, neq; uerbis modo  
Nudis meam monstrabo promptitudinem.  
Velocitatem namq; ad opus addam & pedes.  
**A**I. Occisor ensis stat quidem quā maximē  
Penetrare possit, si cui ocium est ad hęc  
Consideranda. Hic Hectoris donum est, uiri  
Maximē odio habiti à me, & mihi inuisissimi  
Ad intuendum Fixus autem in Troadis  
Hostili humo est, recens subactus cotibus.  
Ego ipse uero infixi adornatum probè,  
**(huic)** Atq; huic beneuolentem uiro ut uelocius  
Moriatur. Et ita quidem bene instructi sumus.  
Post ista uero, primus auxilium mihi  
Fer Iuppiter. Te ferre nempe conuenit.  
Non adeo magnum minus abs te postulo  
Ut assequar. Submitte nobis nuncium  
Aliquem, malam hinc de cede famam qui ferat  
Teucro, ipse longè primus hinc me ut auferat  
Simul ac in ensim incubuero imbutum recens,  
Conspectus antè ne ab inimico quopiam  
Proijciar, ut lacerent canes me ex alites.  
Protalibus te quæso magne Iuppiter.  
Terrestrem at inuoco simul Cyllenium,  
Animus qui ad infernas solet deducere  
Sedes, soporem iniiciat ut mihi bonum,  
Saltus simul cum immobiliatq; præpeti

HOC

Hoc improbo mucrone rumpenti latus.  
 Quin semper etiam uirgines Erinnyas  
 Castas, uidentes semper & mortalium  
 Casus acerbos, inuoco, ut ferant opem,  
 Citoq; discant pede ab Atridis ut miser  
 Male peream, atq; ipsos malos, & omnibus  
 Cladem adferentes, uita ab hac quam pessime  
 Citoq; auferant, quemadmodum & me iam uident  
 Propria cadentem dextera, sic a suis  
 Ipsi occidant etiam antea charissimis.  
 Ite o citæ atq; uindices Erinnyes,  
 Totum adoriamini malis exercitum,  
 Nec parcite ulli. Tu quoq; in celso polo  
 Ophœbe, qui curru ueheris inter diu,  
 Aedes meas quando paternas uideris,  
 Paulisper aureas habenas continens,  
 Has calamitates & meam hanc tristem necem  
 Seni parenti nuncia, infaustissime &  
 Matri, malam hanc quo posteaquam acceperit  
 Famam, miseratotam per urbem luctibus  
 Sonabit. Sed nihil ista lamentarier  
 Opus est, sed aggredi oxyus negocium.  
 Nunc mors ueni, nunc queso mors me uisita,  
 Porro te & illuc, cohabitans tibi, alloquar.  
 Te splendide uero die præsens iubar  
 Solemq; currus aurei aurigam alloquor

Nunc ultimo, nec rursus unquam postea.  
O lumen, ô terræ domesticæ solum  
Salaminis, ô larium paternorum locus,  
Claræq; Athenæ, & educatum unà genus,  
O flumina hæc fontesq; uosq; Troici  
Campi alloquor, ualete nutrices meæ.  
Hæc uerba uobis dicit Ajax ultima.  
Cetera apud Orcum manibus nigris loquar.

Iambici Dimetri.

SEM I C H O R V S. Labor laboris scilicet  
Iunctus, laborem plurimum  
Adfert. Eundum? Quò enim  
Non mi ego? Neq; ullus locus  
Didicisse, me uidet tamen  
Quod quæro. Rursus ecce iam  
Enstrepitus aures uerberat.  
SEMI. AL TER. Nos scilicet socios ratis  
Audistis hic. S E. Quid igitur est?  
SEMI. Omne occidentis est latus  
A me peragratum modò.  
S E. Habes igitur? S E. Ita plurimum  
Laboris, & nihil amplius  
Quod uiderim. S E. Ne mihi quidem  
Orientis aliquis in uia

Occurrit

Occurrit usquam, qui uirum  
 Vidisse se iam diceret.  
**C H O.** Quis ergo piscatoribus  
 Quis iam mihi ex industrijs  
 Piseationibus operam  
 In somnibus dans, quæ dea  
 Olympias uel fluminum  
 E Bosporo fluentium  
 Gnara faciet palam, ubi uirum  
 Crudelis animi uiderit  
 Errantem? Acerbus occupat  
 Siquidem uagantem me labor,  
 Atq; haud ualentem currere  
 Cursum secundum, sed mage  
 Currendo factum debilem,  
 Nec cerno tamen, ubi sit, uirum,

Trochaici Dimetri.

T E C. Hei mihi hei mihi. **CHO.** Cuius hic uox  
 E propinquo exiit saltu?  
 T E C. Heu miser. **CH O.** Tecmessam, illam  
 Coniugem infastam atq; captam  
 Cerno confusam hocce luctu.  
 T E C. Perij amici, heu prorsus occidi.  
 Tota mi uastata uita est.

Tecmessa  
 reperit  
 Aiacem.

**C**HO. Quid tibi est? T E C. Ajax iacet cæsus,  
Nuper haud gnaris amicis  
Proprium complexus ensem.  
**C**H O. Hei mihi, quando redibo  
Hinc domum? Eheu mihi, simul tu  
Navigationis ô Rex  
Socium ita perdidisti.  
**H**eu miser ego, miserrima heu tu  
**M**ulier. T E C. Ita rebus se habentibus  
Magna materies mihi extat  
**L**uctuum. C H O. Cuius patrauit  
Dextera infelix? T E C. Sua ipse,  
Ut liquet, gladius q; planè  
Fixus in terram indicat tibi.  
**C**HO. Hei mihi, meas ob hasce  
Calamitates. Solus ergo  
Escriventatus, ab amicis  
Nactus haud custodiam ullam?  
Atq; ego surdus per omnia  
Omniumq; ignarus eheu,  
Curam habendo negligens fui.  
**V**b; ubi ceruicosus Ajax  
Nominisq; iacet odiosis?

Senarij Lambici.

T E C. Spes

TEC. Spectandus haud dum, sed tegam hoc eum prius  
 Amiculo undiq; quando nec amicus quidem  
 Videre sustineret spirantem cauis  
 Iam naribus, nigrum & fluentem sanguinem,  
 Plaga ex rubenti & propria inflcta manu.  
 Hei mihi, quid autem agam misera? Quis te feret  
 Amiculorum? Vbi Teucer est? Quam tempori  
 Nunc adueniret si tetendit huc gradum,  
 Hunc mortuum ut fratrem simul componeret?  
 Fausto o parum Ajax procreatus stamine.  
 Qualis uir ut male habes? ut etiam hostes apud  
 Lamenta non indignus adipisci sies.

Anapæstici Dimetri.

CHO. Ergo ne miser expleturus eras  
 Propositæ solidus sententiae  
 Fatum, conuenienti tempore  
 Sumpto, infinitis ut te à malis  
 Abstraheres? Talia crudelis  
 Suspirabas nocte dieq; mi  
 Aduersus Atridas hostili  
 Animo & perniciose affectus.  
 Tempus igitur illud principium  
 Iacturæ fuit, inter strenuos  
 Quando armis super est certamen

Propositum. T E C. Hei mihi, mihi infaustæ.

C H O. Accedit ad epar generosus

(Noui)dolor. T E C. Hei mihi infaustæ.

C H O. Facilè credo mulier te bis

Ploratus edere posse, modò

Tali in amico accepto damno.

T E C. Hæc tu quidem opinaris modò,

Ego uerò nimis etiam sentio.

C H O. Assentior T E C. Hei mihi, fili mi.

Seruicij ad qualia procedimus

Iuga: quales ex speculatores

Nobis præfunt. C H O. Hei mihi, quam foret

Infandum hoc opus Atridarum

Humani sensus expertium,

Quod dicis, ex hoc præsenti maximè

In tristi casu, Verum Deus

Auertat. T E C. Non sunt etiam ipsa hæc

Absq; uoluntate deum facta ita.

C H O. Pondus graue sanè imposuerunt

Nimis. T E C. Eiusmodi detrimenti

Gnata Iouis Pallas uehemens dea

Causam dedit astutum ob Vlissem.

C H O. Vir certè is plurima perpeccus

Furiose nunc iræ insultat,

Multamq; cachinnum profundit

Hosce dolores in uesanos.

Heu heu, simul & gemini reges  
Quando audierint forte Atridæ.

Senarij Iambici.

TEC. Hi rideant igitur & insultent malis  
Huius uiri, fortasse, uiuentem licet  
Non admodum desiderauerint, modò  
Si prælij fors ingruat necessitas  
Multis peremptum planixerint ploratibus.  
Nulla uiri etenim prædicti prudentia,  
Non ante bona quæ possident, intelligunt  
Quàm si quis executiat & auferat è manu.  
Mibi sanè amarè disperijt, haud suauiter  
Illi, sibi uero admodum iucundè & ex  
Sententia. Nam mortem adeptus est uti  
Qualemq; uoluit. Ergo risum quomodo  
Aduersus illum male solutum tollerent?  
Dijs, hic manu cecidit sua, uolentibus,  
Et neutiquam illis Quare Vlisses hæc super  
Illudat, estò, inaniter quantumlibet.  
Ajax enim non uiuit illis amplius,  
Sed mihi doloribus & relictis luctibus  
Disperijt. TEV. Hei mihi mihi. CHO. Tace modò,  
Vocem beantis nam uideor audisse mi  
Teucri, notantem hoc huius infortunium.

TEV. Chariſſime Aiax, o oculi fraterne mi,  
Ergo lucri fecisti malum, ut fama indicat?

CHO. O Teucer, interiit homo, hoc certò ſcias.

TEV. Hei mihi, premit fortuna me ergo pergrauis.

CHO. Rebus ita habentibus. TEV. O miser ego ac

CHO. Ingens adest tibi gemendi copia (ter miser

TEV. O casus undiq; pectus affligens meum.

CHO. Nimis quidem o Teucre. TEV. Heu miser, quid

Autem huius? Vbi mihi gentiū est in Troade? (filius

CHO Tentoria apud ſolus. TEV. Haud ocyſſimè

Duces eum huic ne quis leænæ ſicuti

Viduæ catellum inimicus auferat ad necem?

Vade, propera ſimul laborem fuſcipe.

Nam mortuos nec non iacentes in luto,

Pleriq; amant habere pro ludibrio.

CHO. Atqui, uiris uiuens adhuc, Teucer, tibi

Commisit huius gerere curam, ſicut &

Sponte geris. TEV. O ſpectaculum mihi omnium.

Mœſtissimum, quæcumq; ego unquam uiderim.

Et quod peregi nunc iter, plus omniibus

Triste mihi fuit, & pectus afflixit meum,

(Chariſſime Aiax) nempe quod, tuam necem

Huc persequens feci legensq; ſedulò

Veftigia. Siquidem acuta fama inceſſerat

Omnes Achiuos te ſuper ut aliquo deo,

Quod propria cefus perifſes dextera,

Q[uod]

Quod miser ego audiens, tametsi essem procul,  
 Suspiria ex præcordij straxi intimis.  
 Nunc intuens uero intereo prorsum, heu mihi.  
 Age detege mihi, totum ut aspiciam malum.  
 Spectaculum o insuaue nec spectabile,  
 Audaciaq; minus acerbae. Quas mihi  
 Proseminasti morte tristicias tua?  
 Nam quo ire potero? quos me ad homines conferam,  
 Nusquam laboribus in tuis qui iuuem?  
 Telamon ne me tuus meuq; simul pater  
 Excipiet hilari uultu? Et absq; te mihi  
 Redeundi erit propicius? Is enim qui bene  
 Fœliciterq; agens libenter non solet  
 Ridere, quo pacto quid occultabit? Et  
 Quid non mali loquetur? Ex captiuia me  
 Notum esse retum, te tumiditate & mala  
 Ignauia à me proditum charissime  
 Ajax, dolisue, quo tua & tuam domum  
 Hereditate consequar demortui.  
 Hec dicet iracundus ille & uir senex,  
 Nullam meam ob culpam, sed irritabilis  
 Quia est, leuemq; orditur ob rem prælia.  
 Deniq; paternis ejciar è sedibus,  
 Pro libere & seruus uocabor uerbulis.  
 Hec mihi quidem eaenient domi, Hic uero mihi  
 Sunt plurimi inimici Pelassi & Barbari,

L 5 Paucissimi

Paucissimi autem beneuolier qui opem ferant,  
Et mortuo te sumista nactus omnia.  
Hei mihi, quid aggrediar facere? Te quomodo  
Amaro ab hoc gladio abstraham & uersatili?  
Heu te, miser, qualis homicida perdidit.  
An nesciebas quod futuro tempore  
Te perditurus esset extinctus licet  
Hector? Videte per deos mirabilem  
Casum duorum hominum. Hector enim ab hoc baltheo  
Donatus est, cui alligatus deniq;  
Tantisper à curru pependit palpitans,  
Donec animam efflauit. Viciissim hic illius  
Accepit ensem dono, & in eum deniq;  
Dispergit insiliens. An ensem hunc non feret  
Videntur ipse fabricasse Erinnyses?  
Et orcus opifex sœuus illum balthicum?  
Ego quidem & haec cæteraq; semper omnia  
Hominibus ait machinarier deos.  
At haec minus si cui placet sententia,  
Suam sequatur ametq; ego ipse autem hanc sequar.  
CHO. Ne tende longius, sed hoc considera  
Hominem sepulchro ut occules uelociter,  
Et quid deinde hac re super respondeas.  
Inimicum enim video uirum, qui forsitan  
Ridens eo perrumperet mali citio,  
Quò facinorosus homo & malignus quispiam.

Tell.

T E V. *Quis ille quem uenire conspicaris huc?*

*Menelaus, auxilio cui huic peruenimus.*

T E V. *Video, facile enim est è propinquuo noscere.*

M E. *Heus, te uoco, iubeoq; ne qua funus hoc*

*Cures sepeliasuè, sed ita iacere ut finas.*

T E V. *Hæc uerba cuius es locutus gratia?*

M E. *Quia sic placent exercitus mi principi.*

T E V. *Quin addis & causam huius edicti feri.*

M E. *Quia quum putauissemus illum è patria*

*Ductum huç socium Achius ut & amicum fore,*

*Habita modò inquisitione sedula,*

*Magis inimicum repperimus quam Phryges,*

*Totis necem qui machinatus copijs*

*Noctu super nos irruit cum exercitu,*

*Vt dixerat conuicians minacijs.*

*Et nisi deorum quispiam molamina*

*Fecisset irrita, nos eadem, quem ipse met*

*Sortitus est casum, perempti scilicet*

*Turpisima omnium perieramus nece,*

*Atq; interim iste uiueret. Porrò deus*

*Inuertit, huius ut recideret iniuria*

*In oues gregesq;. Quare homo haud est tam potens*

*Quisquam, qui eum posset sepulchro condere.*

*Immò uiridi proiectus hic in littore*

*Iustè marinis fiet alitibus cibus.*

*Contra hæc acerba bile ne pugnaueris.*

Nam

Nam si iugo uiuentem adhuc nequiuimus  
Subiçere, subiçiemus at nunc mortuum  
Prorsus, etiam si tu repugnes nec uelis.  
Manibus enim unumquemq; submouebimus.  
Nam prorsus is nullo loco nec tempore  
Viuens obediuit meis sermonibus.  
Porro mali istuc prorsus iudicium uiri  
Aequum esse iudicare, uir plebeius ut  
Planè magistratibus obediat nihil.  
Nec enim bene unquam legibus parebitur  
In ciuitate, ubi nullus est status timor,  
Exercitus neq; se modestè unquam geret,  
Cui nec metus propositus est, nec inest pudor.  
Sed conuenit bonum putare istuc uirum,  
Et procreatrum corpus ingens quamlibet  
Ruiturum, & ex causa leui & minimo malo,  
Si partium nulla sit obedientia.  
Nam cui metus homini simulq; inest pudor,  
Saluum esse eum, saluumq; mansurum scias.  
Cæterum ubi facere iniuriam quibuslibet  
Licet, atq; cuncta gerere pro libidine,  
Eam putato ciuitatem, quamlibet  
Cursu secundo prouolantem aliquandiu,  
Subito in profundum tandem ituram casibus.  
Sic firmus aliquis constitutus mitimor.  
Et ne putemus, si lubentes quidpiam

Fecerimus

Fecerimus, haud poenas datus nos, mali,  
 Per ea statim quæ consequentur tristia.  
 Aſidua enim hæc repunt uiciſſitudine.  
 Fuit ante a hic iniuriosus feruide, .  
 Nunc ego uiciſſim magna de me ſentio,  
 Tibiq; prædico, hunc ſepulchro ne inferas.  
 Ne forte cupiens hunc ſepulchro condere,  
 Ipſe in ſepulchrum factum ob iſtuc incidas.  
 C H O. Menelae, ne ſapientibus ſententijs  
 Vſus, deinde mortuis iniuriam  
 Facito. T E V. Haudego mirabor amplius ò uiri,  
 Si quid homo peccat genere non claro ſatus,  
 Quando creati illuſtribus natalibus  
 Tantum in ſuis exorbitant sermonibus:  
 Dic age ab initio rursus. An duxiſſe te  
 Huc arbitraris illum, Achiuſ ut foret  
 Belli ſocius? An non ſua huſ proſectus eſt  
 Cum nauibus ſponte, ut ſui uidelicet  
 Iuriſ? Vbi tu huius imperator factus eſt  
 Vbi imperare his militibus licet tibi,  
 Quibus uſq; hic imperauit eductis domoſ?  
 Spartæ imperator huſ proſectus eſt modò,  
 Non noſter, in noſ nec tibi unquam ius fuit.  
 Neq; fuit hunc principatu plus tuo  
 Vbi potueris ornare quid, quam te hic ſuo.  
 Huſ nauigasti alijs & ipſe ſubditus,

Non

Non omnium imperator, ut fueris quoq;  
Aiacis unquam. Ceterum quibus præs,  
Præsto sanè, eosq; castiga tuis  
Adeo seueris quos tonas sermonibus.  
Hunc autem ego, seut uotes seu quissiam  
Dux alius, inferam sepulchro. Atq; id quidem  
Iuste, nihil planè reueritus os tuum,  
Neq; enim tuam hoc profectus est ob coniugem,  
Quemadmodum mercede conducte  
Compluribus se mancipant laboribus,  
Sed immò ius iurandum ab una præstitum,  
Cum ceteris quo nouerat se obnoxium,  
At te nihil curabat. Haud enim uiris  
Seruire dignabatur assis nullius.  
Accedit, acceptis quod hoc præconibus  
Atq; duce uenit. Porro strepitum hunc ob tuum  
Non uerterem me, ut qualis es semper fies.  
M E. Non ego uiciissim eiusmodi amo linguā in malis.  
T E V. Nam dura mordent sint licet iustissima.  
M E. Non humilia sagittarius sentire mi  
Videtur. T E V. Artem illiberalem scilicet  
Non didici ego. M E. Multum hercle spirares puto,  
Si sumeres clypeum? T E V. Et inermis quamlibet  
Nudusq; facile satis forem armato tibi.  
M E. Animosquam atroces lingua promittit tua.  
T E V. Cum iustitia animos gerere magnos licet.

M E.

M E. Iustum uidelicet est eum fœliciter  
 Agere, nisi qui me dedit. T E V. Nec i dedit?  
 Rem dicas atrocem nec i si deditus,  
 Vixi osta men uersaris inter haec tenus.  
 M E. Seruatus à dijs sum, huic uero accidi.  
 T E V. Seruatus à dijs, ne ergo temnito deos.  
 M E. Omnino leges ego reprenderem deum?  
 T E V. Si nempe mortuos humo condi haud finas.  
 M E. Hostes uidelicet meos? Nec enim decet.  
 T E V. Num quando contra te hostium Ajax dux  
 M E. Odi perosum me, neq; hoc te fugerat. (fuit.  
 T E V. Iudex dolosus nempe deprehensus es  
 In calculis quos subdidisti clanculum.  
 M E. Ea culpa non mea fuerat sed iudicum.  
 T E V. Tu multa furtim ita confidere posses mala.  
 M E. Hæc uerba tristiciam adferent cuidam uiro.  
 T E V. Non hercle plus (uidetur uti) quam nostibi  
 Adferimus. M E. Hoc denunciabo unum tibi,  
 Hunc sepelias caue. T E V. Vicissim ergo accipe  
 Quod sepelietur, uerba nec curo tua.  
 M E. Iam uidi ego lingua feroculum uirum  
 Etiam ante, qui nautas pepulit ut soluerent  
 Instante tempestate, cuius neutquam  
 Vocem audijsses postea quum turbida  
 Premeretur Hyeme, sed latens sub uestibus  
 Ulro dabat se nauitis quibuslibet

Calandum,

**C**alcandum, ita & te maximoq; tuum proca  
Clamore resonans os hyems magna ingruens  
Nubecula ex parua citius extinxerit.

**T**E V. Ego quoq; plenum aliquando stulticiae uirum  
Vidi, in malis qui proximos iniuria  
Lædebat, hunc quidam intuens similis mei  
Iraq; par, dictis resistens talibus  
Est allocutus. Ohomo ne feceris  
Malè mortuis. Nam quippiam si feceris,  
Damno scias quòd maximo multabere.  
Coram ille fatuum talibus uerbis uirum  
Monebat, illumq; uideo iam, & ut mihi  
Videtur, haud usquam aliis est ac ipse tu.

**A**n non bene affimilo loquorq; ænigmata?  
**M**E. Abo. Est enim turpe erudire uerbulis  
Instituere, cui cogere est situm in manu.

**T**E V. Abi modò. Mihi audire quoq; turpisimum est  
Vanum uirum & uerba eloquentem friuola.

**C**H O. Contentionis surget ingens quodpiam  
Certamen. Attu Teucer appropera ocyus,  
Fossum ut procures huic cauam, ubi mortalibus  
Habeat sepulchrum perpetim memorabile.

**T**E V. Atqui propè adsunt ac in ipso tempore  
Et gnatus huius atq; coniunx, funeris  
Miserrimi ut adornent sepulchrum supplices.  
Ognate, concedet huc & assistens propè

Supplex

Supplex patrem quite genuit attingito,  
 Sed e te et illi aduersus, in manibus tenens  
 Meas comas et huius et tuas quoq;  
 Qui supplicum prediues apparatus est.  
 At si quis ex exercitu hoc a funere  
 Abstraxerit te ui, malus male e sua  
 Inhumatus ipse exterminetur patria,  
 Radice uulsa totius propaginis,  
 Haud aliter atq; ego hunc capillum deseco.  
 Hunc accipe o fili, et retine nec quissiam  
 Te remoueat, sed firmiter adhaerens tene.  
 Vos porrò non facti mulieres ex uiris  
 Aestate propè, sed fert e suppetias, quoad  
 Rediero ego, sepulchrum atq; huic curauero,  
 Mortalium quamuis sinente nemine.

### Anapestici Dimetri.

CHO. Quando ergo tandem postremus  
 Ex multis adeò finem annus  
 Capiet, quibus hic peregrinamur,  
 Inducentes semper bellicos  
 Inexhaustosq; labores nobis,  
 Simul et iacturam infinitam  
 Tabificam circa Trotam, quæ  
 Infelix Græcorum est dedecus?

O utinam, prius aut magnum ætheræ  
Infernasue domos subiisset  
Ille uir, ostendit qui primus  
Tristia Græcis arma & Martem,  
Vnde dolorum heu sucreuit genus.  
Ille homines siquidem uastauit.  
Is neq; sertorum neq; calicum,  
Strepitus neq; prædulcis tibiæ  
Tribuit delectamentum mihi  
Infœlix, quin neq; nocturni  
Somni nec socialium amorum.  
Sed crudelis amores abstulit.  
Iaceoq; ita curis afflictus.  
Rore frequenti madefactus comam,  
Infaustæ monumentum Troiæ.  
Ante timoris erat nocturni  
Ettelorum propugnaculum  
Strenuus Ajax, nunc uero ipse  
A tristi disperijt dæmone.  
Quod mihi, quod delectamentum  
Ultra igitur poterit contingere?  
O utinam sim, ubi promontorium  
Syluosum uasto ponto imminet,  
Vndisono sub uertice Sunij,  
Allequerer sacras ut Athenas.

Senarj

## Senarij Lambici.

TE V. Atqui statim è uestigio ut recurrerem  
 Curaui, ut huc confexi euntem Agamemnonem.  
 Nec dubito quin os sit soluturus malum;  
 A G. Ten' uerba acerba audere mi renunciant  
 Impune contra nos adeo profundere?  
 Te dico, captiuua creatum fœmina.  
 Si matre certè cretus esſes nobili,  
 Quàm tibi placeres? quàm fores & arrogans?  
 Summisq; adeo quàm digitulis incederes?  
 Quando nihil quum ſis ita refractariè  
 Pro nihil homine resistis, & neq; nos duces  
 Nec nauium huc uenisse profectos, neq;  
 Esse imperatores Achium, nec tuos  
 Contendis, Aiacem ſed ipsum nauibus  
 Suis ducem ueniffe? Nonne hæc talia  
 Audire non tolerabile à ſeruis, malum eſt?  
 Quali altero audiui superba tam à uiro?  
 Gradum ubi posuit? ubi ſtitit abſq; me duce?  
 Non ergo Ac hiuis præter hunc extant uiri?  
 Amara tunc uifi ſumus certamina  
 Inter Pelasgos propter arma Achillei  
 Posuisse. Ubiq; num uidebimur mali  
 Ex iurgijs Teucri, atq; uobis quamlibet  
 Victis, ſatis nulla faciet ſententia,

**A**nimum neq; inducetis unquam cedere,  
**Q**ue plurimis sunt uisa iudicantibus,  
Sed semper aut nos maledicis sermonibus  
Petetis, aut pungere dolis studebitis  
**Q**ui iudicum succumbitis sententia  
**H**oc more nullus ullius legis status  
Firmus erit unquam, iure si qui quippiam  
Sunt consecuti, eos repellemus retro,  
Primosq; si faciemus ex nouissimis.  
Sed immanendum iudicatis est semel.  
**N**eq; enim uiri illi sunt boni & tutissimi,  
**Q**ui uiribus humeriq; latitudine  
Pollent, ubiq; liquet sed illos uincere  
**Q**ui recta sapiunt, quibus inest prudentia.  
Bos magna habet latera, flagello non minus  
Paruo tamen rectum in uiam deducitur.  
**A**tq; hoc ego ipsum ad te video mox pharmacum  
Serpere, aliquam mentem receperis nisi,  
**Q**ui propter hominem, haud amplius uiuentium  
**Q**ui numero inest, leuibus sed umbris interest,  
Ferociter conuiciaris, libera eſ  
**L**ingua uteris nimium. An modestè te haud geres?  
An non satus sis cogitans quo sanguine,  
Huc quempiam alium liberum adduces uirum,  
**Q**ui tua quæ habes pro te loquatur omnia.  
Nam te loquentem haud audiam posthac ego.

Nec

Nec enim loquelas barbaras intelligo.

**C**HO. Ambobus utinam dent dei modestiam,

Vobis quid optem enim melius habeo nihil.

**T**E **V** Heu, mortui uelociter quam gratia

Perit apud homines, & notatur prodita,

Viro huic, tui ò Ajax, leui nec uerbulo

Sinulla superest memoria, ob quem s̄epius

Vita est periclitata per bellum tua,

Dum strenuum præ cæteris semper uirum

Te præstisti. Funditus sed omnia

Proiecta iam periere qua gesti bene.

O multa qui locutus es iam friuola,

Nihil ne meministi amplius, clausos uir hic

Vos quando uallum intra, penitus & perditos,

Nihil & ualentes post fugam resistere,

Seruarit unus atq; liberauerit?

Nam per foros nos quum uolueretur nauticos

Iam flamma, iamq; Hector scaphas in nauticas

Saltaret alacris, atq; fossam cum suis

Transgressus esset, quis salutatum fuit?

Quis arcuit cladem? Hic uir an non fecit id,

Quem contulisse dicis haud usquam pedem?

Hic ipse beneficia illa uobis contulit.

Hic rursus Hectore prouocante quemlibet,

Sortitus ac iniussus unicus unico

Congressus est, nullo usus improbo dolo

(hunc) .i.

Agamemnoni.

In sorte, iacta glebula in medium humida,  
Primam sed ex optauit è galea suam  
Exire, quæ saltus sibi faceret leues.  
Hæc fecit hic, pariterq; ego assistens ei,  
Ego seruus ille, & matre cretus barbara.  
Quo respicis tandem miser, ut hæc audeas  
Fari? An tui parentis ignoras patrem  
Antiquitus fuisse barbarum Phrigem?  
An Atreum qui te creauit, impium  
Præ cæteris, qui filios fratri suos  
Posuit edendos? pse uero natus es  
E matre Cressa, quam pater cum adultero  
Contaminatam, piscibus mutis cibum  
Iussit dari, immersam marinis fluctibus.  
Huiusmodi quum sis, mihi exprobras genus.  
Qui sum quidem Telamone prognatus patre,  
Qui prima strenuitatis olim præmia  
Adeptus, uxorem tenet matrem meam,  
Regina, Laomedontis ex propagine  
Quæ fuerat, at eam separatim illi dedit  
Doni loco peculiaris Hercules.  
An hoc modo optimus ex duobus optimis  
Creatus, erubescerem de sanguine  
Iunctos mihi, quos in doloribus modo  
Sic tu iacentes in sepultos proijcis,  
Nec propalam istuc erubescis dicere?

Hoc

Hoc scio igitur, hunc si quò abijcetis, quòd &  
Nos tres abijcetis simul in idem loci.

Quandoquidem honestius mihi longè est mori  
Pro fratre pugnanti uiriliter, actua  
Pro coniuge, immò fratrī istius tui.

Ad hæc uideto non meum quod sit modo,

Sed & tuum. Me namq; si quid læseris,

Aliquando pœnitabit, atq; mauoles

Timidus fuisse quām adeo contra me ferox.

CHO. O rex Vlisses, tempori uenisse te

Huc scito, commissurus hos si non ades,

Sed cepta compositurus ista iurgia.

VL. Quid est rei tandem ò uiri? Quippe eminus

Clamorem Atridarum audij fortissimo

Hoc funere super. A G. Non enim istoc à uiro

Audire uerba possumus turpissima.

VL. Qualia? Ego enim uiro audienti turpia

Ignosco, si forte similia respondeat.

TEV. Audiuit iste multa sanè turpia,

At similia uiciissim facere uoluit mihi.

VL. Quid se cit autem quod putas iniuriam?

A G. Hoc funus haud uult in sepultum mittere.

Sed me quoq; in uito sepulturum se ait.

VL. Licet ne uera prædicanti amiculo

Manere non minus tua in concordia?

A G. Dic. Non enim aliter mentis essem sospitis,

Quoniam te amicum inter Pelassos maximum  
Mibi esse reor. VL. Audi proinde. Hunc tu uirum  
Ne quæso sustineas adeo inhumaniter  
Abiçere, priuatum sepulchri honoribus.  
Nec te tua illò deprimat potentia,  
In tantum ut odio habeas, ut ipsum ius quoq;  
Calces. Mibi hic quoq; fuit inimicissimus  
Aliquando, Achillis arma postquam iudicum  
Sententia obtinui, tamen ego in melicet  
Talis fuerit, illum amplius non leserim  
Ignominia aliqua, ut uidere ne se ita  
Quis dicat abieclum uirum longe optimum,  
Nos inter omnes uenimus qui ad ilium,  
Excepto Achille. Proinde iure neutiquam  
Ignominia eum mortuum hac affeceris.  
Non hunc enim sed cœlitum corruperis  
Leges, uirum autem strenuum post funera  
Lædere nefas est, quamlibet ualde oderis,  
A G. in his, Vlisses, tu resistis pro hoc mibi?  
VL. Ego sanè. Honestum quando erat odisse, oderam.  
A G. Non mortuum calcare quoq; te conuenit?  
VL. Ne gaudias lucris Atrida non bonis.  
A G. Haud est facile, pietatem uti tyrannus colat:  
VL. At facile, amicis consulentibus bene  
Ut obsecundet. A G. At bonum rursus uirum  
Decet, ut magistribus obediatur suis.

VL.

VL. Desine, Tametsi uictus hac in resies,

Tuo tamen amicos sub imperio tenes.

AG. Memento, beneficium in uirum qualem loces.

VL. Inimicus hic quidem, at erat idem strenuus.

AG. Quid hostibus facies, ita colens funera?

VL. Virtus apud me nempe plus quam odium ualeat.

AG. Huiusmodi homines sunt ferè fanatici,

Atq; huc & illuc facile sunt mutabiles.

VL. Multi admodum nunc sunt amici perboni,

Qui postea fient acerbi forsitan.

AG. Tales amicos ergo habere bonum putas?

VL. Laudare præduros ego animos non queo.

AG. Nos ergo timidos hac die monstraueris.

VL. Immo uiros iustos Pelaſſis omnibus.

AG. Ergo sepeliri ut mortuum sinam iubes?

VL. Evidem. Mihi ipsi enim opto idem contingere.

AG. Profecto cuncta sunt similia in omnibus

Pro se laborat quisq; semper scilicet.

VL. Menè mage cuiquam operam dare ac mihi con-

AG. Hoc ergo opus tibi nō mihi imputabitur. Quenit;

VL. Vt cunq; facias, bonus ubiq; habebere.

AG. At hoc satis scis, quòd ego & in maioribus,

Vbiq; gratificarer, atq; hæc sunt, tibi.

Porrò mihi hic, seu sepeliatur siue non,

Summus inimicus erit, eumq; perpetim

Odero. Tibi autem facere quæ cupis, licet,

**C H O.** *Quicunq; vliſſe te eſſe ſapientem negat*  
*Qui iſta ſapias, fatuus profeſtò is eſt homo,*  
*Nunc huius ad Teucrum hanc feram ſententiam.*  
*Quantum ut fuerit inimicus antè ſcilicet,*  
*Nunc tantum amicus fit uiciſſim. Quin ſimul*  
*Et mortuum hunc uolo ſepulchro condere,*  
*Vnā & laborem capere, nihil & omittere*  
*Eſt fortibus quo collaborandum uiris.*  
**T E V.** *In omnibus te laudo Vliſſes optime.*  
*Factoq; longè ſpem feſelliſti meam.*  
*Nam licet Achiuos inter inimiciſſimus*  
*Huic antè fueris, aſtitisti nunc tamen*  
*Solus manu, nec paſſus es, præſens, ut à*  
*Viuente mortuo fieret iniuria,*  
*Vt attonitus ille imperator, & ſuus*  
*Volueret frater contumelia graui*  
*Illum in ſepultum alitibus obijcere & feris.*  
*Quos ſummuſ ambos rex Olympi Iuppiter*  
*Furiæq; memores, iuſq; cunctis dans ſua,*  
*Malos male elidant, ut indignè uirum*  
*Obijcere uoluerunt uorandum beſtijs.*  
*Porrò, ſenī ſibi gnate Laertis, grauor*  
*Tangas ut huiuſce feretrum, permittere,*  
*Ne faciam in hoc, quod mortuo ingratum ſiet.*  
*At in alijs fer ſanè opem, atq; exercitus*

Si quem simul curare uis, id neutiquam  
 Grauiter feremus. Cætera ego uero omnia  
 Præbebo per me. Cæterum tu te scias  
 Hoc factio inisse magnam apud nos gratiam.  
**V L.** Curare sanè una uolebam, sed quia  
 Hoc est tibi ingratum, abeo, promptitudinem  
 Erga hunc uoluntatemq; collaudans tuam.  
**T E V.** Satis es, iam enim non paululum abiit temporis.  
 Sed ocyus fossam apparate uos cauam,  
 Vos cæteri celsum lebetem ponite  
 Velociter ad ignem lauacris pro sacris.  
 Ast una turma militum ex tentorio,  
 Apportet armorum eius ornatum et decus.  
 Tu gnate contingens patrem quantum potes  
 Affectu amoris, hasce costas alleua  
 Mecum. Calidæ enim fistule nigrum hæctenus  
 Spirant cruorem. Verum age, hic quicunq; adeat  
 Vir amicus, una moueat hunc, unaq; eat  
 Operam huic uiro dans inter omnes optimo,  
 Atace namq; haud ante meliori dedit.  
 Hoc dico uero, quando adhuc superfuit.

Anapæstici.

Certè

Certè, mortales ipse res  
Multæ docent factæ, porrò prius  
Quām fiant, nullus prædixerit  
Vates, quid nam euenturum sit.

F I N I S.

SOPHOCLIS PHI-  
loctetes. Thoma Naogeorgo  
Straubingensi in-  
terprete.

ARGUMENTVM.



ELENVS VATI  
cinatus erat Troiam capi non posse  
sine Herculis arcu & sagittis, que  
habebat Philoctetes relictus in Insu-  
la Lemno ab Achiuorum exercitu,  
ob uulneris dolorem quod inflixerat uipera, prop-  
terq; diras execrations. Venit igitur Ulisses cum Ne-  
optolemo in Lemnum, ut uel ui uel dolo eum abdu-  
cant ad Troiam. Veritus autem Ulisses in eius uenire  
conspectum, ne ab eo interficeretur, Neoptolemum  
dolis instructum præmittit ad persuadendum ei, qui  
tandem accepto arcu et sagittis, quum ei persuadere  
non posset, parat abire. Vehementer autem plorante  
& clamantate Philocteta, ob armorum ablationem,  
quibus eò usq; uictum quæsierat, commotus Neopto-  
lemus, reddit ea, etiam multum reclamante Ulisso.  
Tandem Hercules ipse apparens persuadet Philo-  
ctetem, ut simul nauiget ad Troiam. Scena est in Lem-  
no. Chorus autem consistit ex senibus qui simul cum  
Pyrrho aduenerant.

Personæ.

PERSONAE.

Vlisses.

Philoctetes

Neoptolemus.

Mercator.

Chorus.

Hercules apparens.

Præfatur autem Vlisses.

Hoc littus est Lemni mari circumdatæ,  
Nec tritum hominibus, nec habitatum à quopiam.  
Vbi (ô Achillis gnate Achiiorum omnium  
Fortissimi Neoptoleme) ego Thessalum  
Pœantis olim filium exposui, ducum  
Iussu, uoraci quum laboraret pedis  
Morbo, impediret atq; ne libamina,  
Nec uictimas nobis foret fas tangere.  
Sic tota diris execrationibus  
Semper tenebat castra clamans et trahens,  
Expectore genitus acerbos intimo,  
Verum hæc quid opus est dicere? Nec enim modò  
Ad longa tempus dicta nobis suppetit,  
Ne sentiat uenire me, perdamq; ego  
Omnes dolos, quibus arbitror eum protinus  
Posse capi. At officij fuerit hoc iam tui,  
In ceteris ut callide subservias,  
Consideresq; ubi nam sit hic duplici ostio

Petræ,

**P**etra, nempe talis ubi hyemis sub tempore  
**A**d Solis ardorem gemina sit sessio,  
**A**estate uero per petrae foramina  
**V**tring; subiens aura somnum prouocet.  
**A**t paululum infra forsan ad leuam manum,  
**V**idere fonticulum queas potabilem,  
**S**i saluus modo adhuc est. Mihi haec renuncia,  
**S**ilentio accedens, an hoc habitet loco  
**A**nne in alium recesserit, quo deinde, quid  
**S**it facta opus dictoq; tu quidem audias  
**E**x me docente, at sedulò ego dicam tibi,  
**V**t ambo pariter agamus hoc negocium.  
**N**E. Res est vliſſes non laboris plurimi.  
**N**am video iam, cuiusmodi dicas ſpecum.  
**V**L. Superne an inferne. Haud enim satis ſcio.  
**N**E. Illum hunc superne. Ad eumq; nulla hominū ſe-  
**V**estigia. **V**L. An ſomno recumbat is, uide (runt  
**N**E. Absq; hominibus uacuum video habitaculum.  
**V**L. Intusne nullus eſt cibus domesticus?  
**N**E. Eſt lectus ex folijs, inhabitantis uelut  
**C**uiuspiam. **V**L. Deserta num ſunt cetera?  
**E**t nulli praeter eas uipplex intus eſt?  
**N**E. Eſt poculum ex ligno unico, cuiuspiam  
**V**ilis opificis opus, et ſimul focalia haec.  
**V**L. Illius instrumenta narras ſcilicet.  
**N**E. Eheu, et hic ſuſpensa ſunt ſudaria haec

**V**t siccā fiant, iudicia morbi gravis  
**H**abentia. **V**L. Vir in hisce plane habitat locis.  
**A**tq; alicubi haud procul abest. Nam quomodo  
**V**ir iam diu morsō laborans ex pede  
**L**ongius abire queat? Sed aut cibi exiit  
**C**ausa parandi, aut alicubi doloribus  
**S**cit mitigandis foliolum uel herbulam.  
**P**résentem igitur hunc mitte speculatum, ut mihi  
**N**e ueniat obuiam subito. Nam me magis  
**O**mnes quam Achiuos uellet huc accedere.  
**N**E. It sanè cō quō uis, & omnis semita  
**C**ustodietur. Porrò si quid præter hæc  
**E**x me cupis, sermone dicas altero.  
**V**L. Ognate Achillis, strenuum te conuenit  
**I**n rebus esse, gratia quarum buc modō  
**T**e contulisti, corporis non robore  
**T**antum, sed etiam si quid audias noui,  
**Q**uod prorsus ante siet inauditum tibi,  
**I**n eo ministrare, uti minister ad hoc ades.  
**N**E. Quid ergo manda? **V**L. Te Philoctetæ catis  
**S**ubuertere animum conuenit mendacijs.  
**S**ite rogauerit, quis atq; unde adsies,  
**D**ic, filius Achillis sum (in hoc falsi nihil  
Est proloquendum) deinde nauigare te  
**D**omum, Pelassorum relicto exercitu,  
**Q**uos oderis odio omnium seuiissimo,

Qui

Quis te domo pridem euocarint supplices  
 Ad Troiam, habentes unicum in præsentia  
 Hanc spem tua, ut capiatur illium fore.  
 Porro uenienti atq; repetenti propriè,  
 Reddere parentis arma non curauerint,  
 Potiusq; Vlissiea dederint. Quæcunq; uis  
 Extrema contra me malorum prædicans  
 Mala, neq; ijs me affeceris molestia.  
 At ista si non feceris, quam maximam  
 Parabis ægritudinem Achius omnibus.  
 Nam si minus prendetur arcus illius,  
 Non poteris expugnare Dardani solum.  
 Porro, quod haud mihi, sed tibi fidum siet,  
 Firmumq; colloquium cum eo, sic discito.  
 Tu nauigasti enim obligatus nemini,  
 Neq; ex necessitate, neq; es exercitus  
 Classemq; primæ, à me negari autem nihil  
 Horum potest, si me ergo coram sentiat  
 Adesse, fatiferum penes se arcum tenens,  
 Perij, simul comitemq; te perdo meum.  
 Hoc proinde curandum uafre ut furto auferas  
 Iuncta quæ gerit arma. Non me præterit,  
 Te non eo ingenio esse natum, ut talia  
 Loquare, nec cuiquam ut uafra arte pares malum.  
 At quis uauis fructus est uictoriae.  
 Aude, deinde si libet quantumlibet

Iusti probiq; simus. Huius nunc breuem  
Partem die i te impudentem des mihi,  
Reliquum deinde tempus ætatis tuæ,  
Voceris omnium licet sanctissimus.

NE. Ego uerò vliſſes uerba quæ non audio  
Lubens, ea nimis factō & ipso odi exequi,  
Mea fert enim natura, nil faciam ut mali  
Arte, neq; ego, neq; (ut aiunt) meus fecit pater.  
Sed sum paratus hinc uirum ui abducere,  
Et non dolis. Vni haud enim infistens pedi  
Nos uiribus multos adeò deuicerit.

Missus ego sane cooperarius tibi  
Studebo prorsus, proditor ne existimer.  
Malo autem vliſſes, res honestas perpetrans  
Non consequi quod cupio, quam male uincere.

VL. Fili optimi patris. Et ego ipse olim quoq;  
Quando iuuenis eram, lingua agebam, sicuti  
Nunc tu, ocium, & sola laborabam manu,  
Ut uerò rerum ueni ad experientiam,

Lingua uideo confidere mortales sua  
Non operibus. NE. Quid ergo mandasti mihi  
Tu nunc aliud, at proloqui mendacia?

VL. Dixi, Philocteten ut apprendas dolis.

NE. Cur potius autem conuenit captum dolis  
Persuasione quam receptum ducere?

VL. Nullis dabit persuasionibus manum,

TUM

Tum nulla eum quoq; ui poteris abducere.

NE. Tantum ne roboris habet ac audacie?

VL. Habet sagittas, effugere quas non queas.

NE. Eum ergo et tutum quidem est accedere?

VL. Non, nisi (ut dico) capias eum dolis.

NE. Non ergo ducis turpe falsa dicere?

VL. Non, si salutem falsa forsitan conferunt.

NE. At quomodo rem quissiam considerans

Falsa audeat mendaciumq; proloqui?

VL. Si quod lucrum inde facis, omitti non decet.

NE. Ut ueniat ad Troiam ille, quod mihi fert lucrū?

VL. Hic nempes solus capiet arcus Ilium.

NE. Non igitur ego (uti dicitis) capiam Ilium.

VL. Nec tu sine illo arcu, nec ille te sine.

NE. Capiendus est planè, ita quidem si res habet.

VL. Si feceris, præmium operæ auferes duplex.

NE. Quod? Nam sciero si, non negabo operam meā.

VL. Sapiens simulq; strenuus uocabere.

NE. Ita faciam, nil cogitans de turpibus.

VL. Nunquid igitur quod meum adhuc animo tenes?

NE. Meminisse mes cito, anni postquam semel.

VL. Hic tu quidem iam nunc eum expectans mane,

Ego autem abeo, ne cernat hic adesse me.

Atq; speculatorem remittam hinc ad ratem,

Atq; inde rursum huc, si mihi uidemini

Moram facere, uirum hunc eundem nauitæ

Habitu remittam ritè mutatum dolis,  
Ne colloquens uobis sciatur quis fiet.  
Qui cum loquetur uaria, sibi, uerbula,  
Ea quæ uidentur profutura redditio.  
Ad nauem ego autem uado commissis tibi  
His hic agendis. At dolosus sit præcor  
Cyllenius rex dux in hac, quo uenimus  
Huc duce etiam, adipiscatur & uictoriam  
Minerua, quæ me seruat omnibus in malis.

Anapestici Dimetri.

CHO. Peregrina quid tandem in terra  
Me peregrinum occultare ô rex,  
Conuenit, hominem aut ad suspiculum  
Dicere? dic mi. Namq; ars arti  
Præstat, & apud illum consilium est,  
Qui louis habet excelsi sceptrum.  
Ad te uero, ô fili, Ogygia  
Nunc tota potentia uenit.  
Dic, tibi qua re seruire queam.  
Nunc etenim fortasse extremos  
Inspicere locos uis, ille in quibus  
Iacet. NE. A spice me confidenter,  
Et quando uiator grauis ille ex  
Tectis prodierit, tum quoq; tu

Magie

**M**agis ad nostram progredere manum,  
**V**t rem ad præsentem subseruias.

**C**HO. Curam mihi (rex) ueterem mandas,  
**M**aximè ut obseruem nutus tuos  
**H**oc in tempore. Nunc autem dic  
**Q**uibus hic habitet stabulis, & quam  
**T**eneat regionem. Quippe hoc mihi  
**S**citu opus est, ne alicunde adueniens  
**M**elateat. Quid locus illius?

**Q**uae nam habitatio? quæ uestigia  
**I**mperavit, an intro quoquām an foras?

**N**E. Aedes sanè has cernis bifores,  
**S**axosumq; istuc habitaculum.

**C**HO. Vbi nam gentium abest ipse miser?

**N**E. Non dubito equidem, quin prope alicubi  
**H**ac ierit uenatus gratia.

**N**am uictus illi rationem hanc

**E**sse aiunt, alatis ut feras

**T**elis conficiat, uiuatq;

**V**itam odiosam solus, nec mali

**V**illam inueniat medicinam sibi.

**C**HO. Miseret me illius, ut qui nullum

**H**abeat qui curam gerat ipsius,

**N**ec fidum conuictorem ullum,

**S**ed morbum solus difficilem

**S**emper perpetitur, & infanda

Rerum cunctarum penuria  
Premitur. Quomodo tandem, ah quomodo  
Infœlix hanc tolerat uitam?  
O artes uariæ mortalium.  
O nimium infœlix hominum genus,  
Quorum uita intolerabilibus  
Est plena malis. Hic homo summas  
Haud fortasse familias inter  
Quoquām est inferior, rerum tamen  
Omnium inops desertusq; hic cubat,  
Hirsutis cum uarijsq; feris,  
Afflictus pariter dura fame  
Miserandus, dirisq; doloribus,  
Et curis immedicabilibus  
Distentus, solaq; à longe  
Patulo ore, gravisq; Echo recubat,  
Semper amaros resonans fletus.  
N E. Nihil est horum mihi mirabile.  
Nam si quid ego intelligo, paſſio hec  
Diuinitus illi est immissa,  
Crudelis Chryses nymphæ opera,  
Et quod nunc omniſinecura  
Affligitur, haud fit ſine diuūm  
Cura, ne prius hic ad Troiam  
Inuicta ferat diuūm tela,  
Quam tempus pertranscat illud

**Quo capiendam ab ijs Troiam aiunt.**

**C H O.** Hem gnate tace. **N E.** Cur, istuc ait?

**C H O.** Hominis ueluti afflicti strepitus

Voxq; audita est ualde propria.

**N E.** Hinc nunquid an illinc dic quæso?

**C H.** Vox clara ferit me atq; iterum ferit,

Durum alicuius carpentis iter,

Neq; me latet à longè uox grauis

Ac flebilis. Admodum enim clarè

Resonat. Sed nunc ô gnate, cape.

**N E.** Dic, quidnam? **C H.** Curas dico nouas,

Non longè enim abest uir, sed proximè.

Non ille quidem cantum fistulæ

Aedit ceu pastor, sed alicubi

Vel duro offendens gressu pedem,

Lugubres edit uoces, uel

Partum aliquem cernens incommodum,

Ratibus. Nam clamat atrox quippiam.

### Trimetrum ambici.

**P H I.** Ehem hospites, qui nam estis? et qui nautico

Venistis huic remo, in carentem portubus

Terram hominibusq; Patria ex qua, quoue uos

Ex genere dixerim esse? Cultus Græciæ

Forma quidem adest charissimæ omnium mihi,

**A**t accipere uocem uolo uestram, atq; uos  
**N**e præ timore me alloqui cunctemini,  
Speciem ob meam immanem stupore torpidi.  
**V**erum miserti potius infasti uiri,  
Et solitarij atq; deserti hoc loco,  
**V**ereq; amicis destituti commodis,  
**V**ocem edite, si amico modo accessisti hue  
**A**nimo. Sed age iam quæso respondete mi.  
**N**on par enim, à uobis ut hoc non impetrem,  
Aut uos uicissim à me. **N**E. Sed hospes hoc sciat  
**P**rimum, Pelasgas esse nos, hoc nempe uis  
**N**osse. **P**H. O loquela uoxq; dilectissima.  
**H**eu, quale talis hominis alloquio frui  
Perlongo ita in tempore, **Q**uis ò gnate appulit  
**T**e terram ad hanc? **Q**uæ dixit huc necessitas?  
**Q**uò tendis? ex uentis tibi est gratissimus  
**Q**uisnam? Omnia mihi edisse, ut qui sis, sciam.  
**N**E. Prognatus ego quidem Scyro sum ex insula.  
**N**auigo domum autem iam Neoptolemus uocor,  
**F**ilius Achillis, inde iam scis omnia.  
**P**H. O gnate patris omnium charissimi.  
**O**patriæ charæ. O alumne amnis grauis  
**L**ycomedis, hic qua classe tandem aduectus es?  
**E**t unde nauigas ut hac tendas domum?  
**N**E. Sanè mihi nunc cursus est ex illo.  
**P**H. Quid aies? Nec enim initio profectus tu quidem es

In classe nobiscum pariter ad illam.

NE. Illius an & tu eras laboris particeps?

PH. Ognate, non tibi cognitus sum quem uides?

NE. Quoniam nouerim, quando ante nunquam uiderim?

PH. Neque nomen ergo nec mali audisti mei

Famam antea ullam, disperierim quo miser?

NE. Nihil scias me nosse, de quibus rogas.

PH. O nimis ego infelix & inuisus deis,

Cuius domum ne fama peruenit quidem

Tam pessimè afflitti, nec ullam in Græcia

Partem, sed eiecere qui me huc impie,

Rident, tegentes hasce res silentio.

At morbus interim usque floruit meus

Magis ac magis, capitque crementum indies,

Ognate mi, o puerque Pelide patris,

Ille ego tibi sum, quem sagittarum Herculis

Fortassis audisti esse dominum, filius

Pœantis illius Philoctetes, duo

Quem principes exercitus simul & uafor

Rex Ithaca & Ulysses turpiter desertum ita

In auiam abiecere solitudinem hanc,

Sæuo implicatum morbo & atro uulnere,

Quod lethifera mihi momordit uipera.

Qua cum boni illi me relicto ognate mi

Abiere, quando huc pontica ex Chrysa appuli

Cum classe. Tunc enim uidentes me graui

Fessum marisiactatione, alto in specu  
Dormire circa littus, abierunt fuga,  
Me sic relicto uilibusq; pauculis  
Infausto ut homini mi relictis linteis,  
Quin paruuus etiam commeatus erat cibi,  
Qualis utinam contingat illis ô dei.  
Ast gnate, tu cuiusmodi tunc me putas  
Surrectionem habuisse de somno graui  
Illi quum abissent? Qualiter lachrimasse? quam  
Plorasse praesentia futuraq; haec mala,  
Quum ceruerem naues quibus peruereram huc  
Omnes abisse? hominemq; nullum esse in loco,  
Nec qui cibum præberet ullum, nec qui opem  
Adferret in morbo iacenti sordido?  
Consideratis omnibus uero undiq;  
Nil repperi præter dolendi copiam  
Adesse magnam. huius facultas maxima est  
Ognate. iamq; tempus elapsum mihi  
In tempore erat, inq; hac oportebat casa  
Parua, mihi unum me ministrare omnia,  
Ventre quidem quæ flagitat necessitas  
Hic arcus acquisiuit, alatas procul  
Iaciens columbas, Porro ad hoc, quodcunq; mi  
Iecisset arcus, ambulabam ad id miser,  
Trahens pedem infaustum. Deinde sumere  
Et potum oportebat & alicubi temporibus

Glaciem

Glaciem ad solutam utpote hiemis sub tempore  
 Cauare lignum aliquod. Ego hæc repens miser  
 Tum machinabar. Deinde nullus erat mihi  
 Ignis, sed allidens petram duram petræ,  
 Vix lumen elicui inibi reconditum,  
 Quod seruat etiam hucusq; me. Siquidem casa  
 Habitata cum igne cuncta suppeditat mihi,  
 Præter quod à morbo quoq; haud me liberat.  
 Agenunc, & hac ò gnate disce de insula.  
 Hanc sponte nullus appropinquat nauita:  
 Nam portus est nullus, neq; huc ad nauigans  
 Faciet lucrum, nec ulla diuersoria.  
 Habebit. Ergo qui sapit mortalium,  
 Huc nauigare uitat. Interdum huc appulit  
 Casu aliquis & præter animi sententiam,  
 In tempore ut longo accidunt huiusmodi  
 Per multa hominibus. Hi quidem sermonibus  
 Ognate, duntaxat miserti sunt mei,  
 Motiq; commiseratione pectoris,  
 Aliquam cibi de lere partem, aut uestium  
 Aliquid, at hoc nemo roganti uult mihi  
 Conferre beneficij, ut reducat me domum:  
 Sed pareo miser hic iam ferè decennium,  
 Voracem alens tristi in fame mòrbum & malis.  
 Talia ab Atridis atq; Vlisse ò gnate mi  
 Perpetior, aliquando quibus utinam cœlites

Dent.

Dent, ut uicissim paria sustineant mala.

**C H O.** Ut hospites qui hic appulerunt antea  
Tui miserti sunt, ita et ego æqualiter  
Pœantis ò alumne misereor tui.

**N E.** Ego uero et ipse testimonium his quo<sup>o</sup>  
Sermonibus perhibere quod ueri sient,  
Passus ab Atridis ac Vlisse plurima

**P H.** Num noxios etiam tu habes querimoniam  
Aduersus Atridas, ut irascare eis  
Ob aliqua quæ per pessus es forsan mala?

**N E.** Contingat utinam ut expleam hanc iram manu,  
Ut Sparta celebris et Mycene intelligent,  
Scyron quoq; esse fortium matrem uirum.

**P H.** Bene prorsu ò fili. Sed unde iratus es  
Tantopere contra illos, ut hæc queraris hic?

**N E.** Pœantis ò nate, tibi dicam, et uix tamen  
Quæ cunq; sum passus ab eis dicam mala.

Nam postquam Achilles occidit fato pater.

**P H.** Hei mihi, quiesce dicere ultrà quippiam,  
Disco quod ad, num mortuus Achilles siet.

**N E.** Est mortuus, cœsus quidem à mortalium  
Nemine, sed à deo (ut ferunt) & Apollinis

Telis **P H.** At est generosus occisor simul  
Cœsus q;. Porro dubito num tuum malum

Perconter ante, an illius uicem gemam.

**N E.** Satis ò miser habes ipse quod doleas mali.

Ut proximorum quoq; gemas nihil est opus.  
 PH. Dixi bene, Proin rem mihi rursus tuam  
 Dic, nempe quae te afficerint iniuria.  
 NE. Venere nauis ad me uariegata oppidò  
 Et uaser vliſſes, educator ex mei  
 Patris, loquentes, ueranè an falsa haud scio,  
 Quòd mortuo meo parente, haud fas foret  
 Pergama alium quam me capere gnatum illius.  
 Hec dictantes (hos̄p̄es) ita, non me diu  
 Moram trahere suere, quin statim simul  
 Enauigarem, illudq; feci maxime  
 Patris cupiditate cernendi. Haud enim  
 Viuum antè uideram. Dein ratio quoq;  
 Honestā aderat, eò profectus Pergama  
 Ut ipse caperem. Iam diesq; erat altera  
 Quum nauigans Sigon ad amarum appuli  
 Cursu secundo, tunc ex egressum statim  
 Exercitus circumstetit me totus ex  
 Saluere iussit, se penitus Achillea  
 Qui iam supremum expleuerat suum diem,  
 Videre iurantes apud superos, at is  
 lacebat. Infelix ego autem postquam eum  
 Desleueram, haud diu moratus admodum  
 Veniens ad Atridas amicos (ut mihi  
 Veri uidebatur simile) repeto patris  
 Et arma, ex illius reliqua quæcunq; erant.

Qui

Qui uerba respondere mi miserrima  
Ognate Achillis, cætera quidem que patris  
Tui fuere, auferre poteris omnia,  
Illijs autem arma alijs obtinet modo,  
Nimirum vliſſes. Hic statim lachrymis ego  
Suffusus, exurgo graui iracundia:  
Dicoq; rem ferens dolenter admodum,  
O impie. Ergone arma tradere alteri  
Que sunt mea, audetis prius, quam ex me meam  
Cognosceretis his super sententiam?  
Ipse autem Vliſſes dixit (erat enim propè)  
Næ gnate, iure ea tradiderunt hi mibi,  
Præsens etenim ea illumq; seruauisimul.  
Hic motus ira ego, omnia præcabar mala,  
Nihil relinquens quo minus deuouerim.  
Me forsitan spoliaret armis si meis,  
Progressus ille huc, temperans iræ licet,  
Morsus animum auditis tamen, respondit hæc,  
In patris ut nos haud eras discrimine,  
Sed quod minimè oportebat, aberas tum procul.  
Et quando faris ista nunc ferociter,  
Non nauigabis Scyron eatecum auferens.  
His tunc ego auditis, malamq; iniuriam  
Passus, domum iam repeto spoliatus meis  
A pessimo cretoq; Vliſſe de malis.  
Nec tantum eum reprendo quantum principes.

Nam

Nam tota principibus obedit ciuitas,  
 Totusq; sequitur principes exercitus.  
 Et dissolute si qui agunt uel perperam  
 Sermonibus fiunt magistrorum mali.  
 Negocium dixi omne. Atridas ergo qui  
 Odit, deis ille foret & amicus mihi.

### Anapestici Dimetri.

CHOO tellus, montibus insignis  
 Rerum cunctarum nutrix, &  
 Ipsius mater celsi Iouis,  
 Auriferum quæ Pactolon colis,  
 Illic quoq; mater uenerabilis  
 Ad te clamaui, quum ab Atridis  
 Facta omnis huic est iniuria, &  
 Arma paterna dedere quum vlissi.  
 Nunc etiam ad te clamo beata,  
 Quæ ueheris præcelsa Leonibus,  
 Tauris exitium usq; ferentibus.  
 Numen & es supremum, ut punias  
 Ob id atq; alios atq; Agamemnona.

### Trimetri Iambici.

PH. Manifesta habentes (ut uidetur) hospites

Doloris

Doloris argumenta nauigastiis hue.

Concinitis & mihi quod arbitramini

Esse opera Atridarum atq; Vlissis talia,

Nam noui eum, quod semper omnibus dolis

Astucijsq; excavatis linguam suam,

Qua deniq; & qui prorsus efficit nihil.

Ceterum ego non admiror hoc, sed id magis

Qui maior Ajax haec uidens passus fiet.

NE. Non amplius uiuebat ô hospes. Nam eo

Viuente nunquam ego hunc spoliatus forem,

PH. Quid queso dicas? Num est & ille mortuus?

NE. illum scias non carpere auras amplius.

PH. Hei mihi misero. At haud Tydei gnatus neq;

Laertis olim à Sisypho diuenditus

Moriuntur. Hos enim haud decebat uiuere,

NE. Non ergo mortuos scias, sed maximè

Florere in Argiorum eos exercitu,

PH. Quid Nestor autem qui uetus mihi & bonus

Amicus est, quid rerum agit? Eorum hic enim

Prædictit haec mala sapienter consulens.

NE. Is nunc male est affectus, illi filius

Postquam interiit Antilochus Hectoris manu.

PH. Hei mihi: Duo dixisti acerba iam simul.

Quippe minimè hos audire uellem perditos.

Heu heu, quid ergo cogitandum deniq;

Quando hi quidem sunt mortui, at superest adhuc

viuos

**Viuos Vlisses inter ille, mortuum**

**Quem conueniret pro hisce nunciarier?**

**NE.** Pugnator est ille sapiens. Sed quamlibet

Sapientia impediuntur haud raro quoq;

Consilia. **P H.** Age ede per deos, ubi tunc erat

Patroclus ille patri tuo charissimus?

**NE.** Et ille mortuus erat. Hoc paucis enim

Docebo te. Bellum malorum neminem

Sponte perimit, sed integros semper ferè

**P H.** Astipulor tibi. Atq; iuxta hoc dictum idem

Interrogabo de uiro indigno quidem,

Vehemente lingua autem ac acuto, quidnam agit?

**NE.** An quopiam de alio quam Vlisse interrogasse

**P H.** Non de hoc loquor iam. Porro Thersites erat

Quidam, frequenter qui solebat dicere,

Quod nemo poterat ferre uel dictum semel.

Viuit ne adhuc is? **NE.** Non eum uidi quidem,

Superstitem audiuitamen adhuc uiuere.

**P H.** Sic scilicet futurum erat, quando mali

Nihil interiit adhuc, sed à diis optimè

Quicquid mali est inter homines defenditur.

Quodammodo etiam quicquid astuti uiget

Ac fraudulenti usquam, id uel ex Ditis domo

Reuocare gaudent, iusta uero & commoda

Hinc auferunt semper. Locanda quo ista sunt?

Qui nam deorum facta laudibus eueham,

Sic ratio Ipsos deos ex hisce quum inueniam malos?  
iudicat, N.E. posthac ego quidem, ô germen Oetæi patris,  
quando bo Iam procul Atridas aspiciam & ipsum Ilium,  
ni affligun Omnicq; mihi ab illis cauebo machina.  
tur & ma Quippe ubi malus uir quam bonus adeo plus potest,  
li prospere Pereuntq; frugifera, superat & improbus,  
agunt, de illos ego haud unquam uiros amauero,  
um esse in Saxos a sed Scyras mihi suffecerit  
iustum. In posterum, atq; me & domi oblectabo me.  
Hoc etiam Nunc uero eo ad nauem. At Philocteta interim  
multos san Tu mihi uale atq; iterum uale, deiq; te  
Elos offens A morbo, ut ipse uis, benigni liberent.  
dit. Nos uero abimus ut secundum quando dix  
Concesserint uentum, licet soluamus hinc.  
P H. Num gnate modo paratis hinc discedere?  
N E. Videlicet tempus monet, discessum uti  
Spectemus haud procul magis quam proxime.  
P H. Nunc te ergo per patrem atq; matrem ô gnate, per  
Et omne quicquid est domi charum tibi  
Supplex rogo, ne me hic uelis relinquere  
Solum, ita malis in hisce desertum ut uides,  
Meq; quibus audisti implicatum pessime.  
Impone me in nouissimum nauis locum.  
Noui quidem quam difficile onus auehar,  
Tu perfer attamen. Animis quidem probi  
Odere turpitudinem, & contrà, omne quod

Bonum

Bonum & est honestum, gloriosum existimant.  
 Sime reliqueris, probrum turpe hoc tibi  
 Fuerit, uicissim quæ rogo si feceris  
 Ognate, gloriosum habebis præmium.  
 Nempe insolum Trachinias si uenero  
 Viuus, Age, non pondus diei ero unius,  
 Aude obsecro, me nauis in quemuis locum  
 Inijce, uel infimum, uel in proram, uel in  
 Puppim, ubi molestus nauigantibus simul  
 Minime siem. Annuegnate quæso per louem  
 Quis supplices tuetur, exorabilem  
 Præstato te oro, ad genua præcidam tua,  
 Licet inuaidus adeo atq; claudus sim miser.  
 Sed ne relinquas me ita relictum ab omnibus  
 Hic, planè ubi hominum nulla sunt uestigia.  
 Sed me domum uel ad tuam saluum auehas,  
 Portumue Chalcodontis Eubœæ ducis,  
 Vnde haud ad Octam longa nauigatio  
 Trachiniumq; iugum atq; Sperchium mihi,  
 Tandem meo me charo ut exhibeas patri,  
 De quo diu iam metuo ne obierit diem,  
 Nam sedulò cunctis ego hac uenientibus  
 Mandata dedi, ad eum rogans & obsecrans,  
 Ut nauem missa me domum reduceret.  
 Sed uel obiit diem, aut ministri (quod solet  
 Fieri) mei curas habentes paruulas

**V**elociter redire studuerunt domum,  
**A**d te reductorem simulq; nuncium,  
**N**unc uenio, tu serua, mei miserere tu,  
**C**onsiderans quam cuncta sint mortalibus  
**A**tricia & periculosa, quodq; nunc  
**F**eliciter homines beneq; agant, nunc securus.  
**A**t conuenit nullis modò afflictum malis  
**A**cerba respicere, atq; quem quis agit bene,  
**T**um maxime uitam tuerier suam,  
**N**e fors latenter pereat ea felicitas.

Anapæstici Dimetri.

**C**HO. Miserere ô rex, multarum etenim  
**G**rauium ærumnarum certamina  
**D**ixit, quanta meorum ô perferat  
**N**ullus amicorum. Si uero  
**I**nfensos odisti Atridas,  
**I**llud ego illorum planè malum  
**M**agnum istius lucrum censeo.  
**N**unc etenim, quandoquidem ipse cupit,  
**I**mposito celeri ac instructæ  
**N**auis, proficerer in patriam,  
**E**ffugiens diuum uindictam.

Senarij.

NE. AB

**N E.** At tu uide, ne nunc quidem facilis fies,  
**Q**uum morbus autem postea te affixerit,  
**T**unc hisce non consentias sermonibus.

**P H.** Minime. Haud habebis istud opprobrium mihi  
 Iure exprobrare unquam. **N E.** Mihi est turpe hercule,  
 Benignitate uincar abste ut hospite,  
 Opem ad ferendam pro necessitatibus,  
 Sed si uidetur nauigemus, ilicet  
 Exurgat hinc, nauis enim eum uehet, neq;  
 Negabitur, dij liberent nos hinc modo,  
 Ut nauigemus quo uoluntas incitat.

**P H.** O chara lux, o uir mihi suauissimus,  
 O nauitæ dilecti, ego unquam quomodo  
 Verbisq; me factisq; gratum ostendere  
 Potero, quod ita uobiscum amicè assunitis?  
 Eamus intro ognate, et inhabitabilem  
 Habitationem exosculemur, ut scias  
 Quis uixerim, quamq; fuerim alti pectoris,  
 Arbitror enim planè ista posse neminem  
 Solo uel affectu nisi unum me pati.  
 Me uero amare ista docuit neceſſitas.

**C H O.** Manete, discamus ut quidnam isti uelint.  
 Duo enim uiri, unus nauis insensor tuæ,  
 Alienus alter, huc suos mouent pedes.  
 Quos quum audieritis, ingredimini postea.  
**M E R.** Achillis o fili, huncce socium, qui ratis

**C**um alijs duobus extitit custos tuæ,  
**I**nſi mibi ubi nam eſſes locorum dicere,  
**Q**uandoquidem ſpem preter omnem in te incidi,  
Sed forte fotuna applicari ad idem ſolum.  
**N**am nauigans cum claſſe non magna domum  
**A**b Ilio in Pepar ethum, audiui ut tuos  
**H**ic eſſe nautas, non silentio mibi  
Transire uifum eſt, nempe uenienti ad pares,  
Tibi priusquam dicerem quædam, haud enim  
**T**uſcis quod ad te pertinet, tuoq; de  
**C**apite que Achæi conſilia habeant, neq;  
Conſilia iam ſeſt facta que non longius.  
Dilationem habere poſſunt. **N E.** At tibi  
Hofpes, niſi malus ſum, reposta gratia  
Pro monitione erit, indica ergo clarius  
**Q**uoddicis, ut ſciam que ab Argivis mibi  
Noua adferas conſilia. **M E R.** Diſceſſere, qui  
Te persequantur claſſe nautica, & ſenex  
Phœnix, Athenarumq; regis filij.  
**N E.** An ui reducturi an bonis me uerbulis?  
**M E.** Nefcio. **Q**uo dindiu eius ad ſum nuncius.  
**N E.** An iſta Phœnix atq; ſocij nautici  
Feciffe ſolum propter Atridas ſtudent?  
**M E.** Hec ſcito facturos, nec illi protrahent.  
**N E.** Cur ergo Vliſſes ipſe ad hoc non nauigat?  
Formido nunqua illum retinet? **M E.** At is quidem

**A**rg

**A**tq; Diomedes nauigabant ad uirum

**A**lium, meas ego quando soluebam rates

**N E.** Ad quemnam Vlisses nauigabat dic mihi?

**M E.** Erat aliquis. Sed hunc mihi prius indica

**Q**uis nam sit, alta uoce sed non dixeris.

**N E.** Hic(hospes) inclitus est philoctetes tibi:

**M E.** Ne me rogato plura nunc, sed ocyus

**H**inc solue terra temet ex hac liberans.

**P H.** Quid dicit ô fili? Quid in tenebris tibi

**M**enauta uendit callidis sermonibus?

**N E.** Haud dum scio quid dicat, ast illum palam

**P**roferre oportet et ad me et ad te et hos quoque;

**M E.** Ognate Achillis, ne me Achium copijs

**F**rodas loquentem que foras haud conuenit

**E**fferre, namque pro mea opera plurimis

**B**eneficijs afficiar ab eis pauper ut.

**N E.** Ego odi Atridas, atq; summus hic mihi

**A**amicus est, quod odit Atridas simul,

**P**ostquam ergo uenisti buc mei causa, nihil

**T**e conuenit cælare quod gratum fiet

**A**cceperisque; **M E.** Gnate quidnam agas, uide.

**N E.** Ego quoque iam pridem ipsum idem considero.

**M E.** Tibi imputabo hoc. **N E.** Imputa, et dic quæ scias.

**M E.** Dico quod ad hunc duo nauigant quos antea

**A**udisti, Vlisses atq; Diomedes simul,

**S**ententia una ac mente certa, omnino ut hunc

Persuasione hinc auferant uel uiribus,  
Et hæc Achini exaudiere omnes palam  
Dicente Vlisse, audacior namq; altero  
Hic erat ad efficienda de quibus loquor.  
N E. Quamobrem Atridis longa adeo post tempora  
Mutatus est animus, ut huius nunc gerant  
Curam, diu electum ante quem liquere? Quid  
Desiderium eis incidit? An hec uis deum  
Et ira, qui facinora puniunt mala?  
M E. Ego te docebo hoc omne. (Nam tu forsitan  
Non audisti) Nobilis uates erat  
Quidam, atq; Priami gnatus, Helenus nomine,  
Quem cepit ille qui malè audit ab omnibus,  
Improbis Vlisses, solus egressus uaga  
De nocte, captiuumq; ducens, omnibus  
Venationem ostendit Arguiis bonam.  
Quibus ille & alia cuncta uaticinatus est,  
Essentq; quod nunquam eruturi Pergama,  
Sermone persuasum nisi hunc ex insula  
Educerent hac ubi habet in præsentia.  
Quæ posteaquam ex uate Vlisses audijt,  
Promisit extemplo Pelasgis hunc uirum  
Ostendere adductum. Volentem & maxime  
Se sperat accepturum, at id si non cadat,  
Ingratijs. Permisit & caput ut sibi  
Quicunq; si non ossequatur, auferat.

Sic omnia fili audisti, moneo te ipsum tamen,  
 Abeas ut hinc properè, atq; si cuius geris  
 Curam alterius. P H. Hei mihi, scelustus illēne  
 Iurauit adducturum Achius esse me  
 Persuasione? Nempe persuadebitur  
 Ita mihi ut ad uitam reuortar ab inferis,  
 Quemadmodum illius reuersum aiunt patrem.  
 M E. Ego ista nescio. Sed ego quidem ad nauem eo.  
 At commodum uobis quod est præstet Deus.  
 P H. Nonne hoc acerbum ô gnate, quod Laertius  
 Me sperat ille molibus sermonibus  
 Ducturum & ostensurum Achius omnibus?  
 Nunquam faciet. Ego uiperæ inuisissimæ  
 Citius obedierim, ita quæ me reddidit  
 Claudum. Sed ille dicit audetq; omnia.  
 Et nunc, scio, quod alicubi huius gratia  
 Lateat. Sed ô fili recedamus, mare ut  
 A naue V lissis longius nos separet.  
 Eamus. Opportuna festinatio  
 Labore desinente somnum adducere  
 Requiemq; solet. N E. Omnino nauigabimus,  
 Qum spiritus proram ferire quieuerit.  
 Contrarius nunc est enim. P H. Mala quum fugis,  
 Tunc semper est secunda nauigatio.  
 N E. Ne metue. Quippe illis quoq; est contrarius.  
 P H. Ventus latroni nullus est contrarius,

**Q**uum uir rapere uel aliqua furari licet.

**N**E. Si placet igitur eamus. Intus sumito

**Q**uod opus tibi est & maximè desideras.

**P**H. Sunt quibus habeo opus, admodū ex paucis licet.

**N**E. Quid illud, in nauī quod haud insit mea?

**P**H. Folium mihi est quoddam, soleo quo maximè  
Sopire uulnus mitigareq; perpetim.

**N**E. Id effe ergo. Nunquid & aliud cupis

**A**ssumere aliquid. **P**H. Hei mihi, arcus incidit,  
Cuius prius non uenit in mentem mihi.

**A**ssumam eum, ne quis relictum hic auferat.

**N**E. Nunc inclytum hunc arcumne habes. **P**H. Nunc

**N**ec quem manu gestum alius ullus est mihi. (scilicet.

**N**E. Eum ne contemplarier licet propè,

**E**t tangere & tanquam Deum oscularier?

**P**H. Et hoc tibi ò gnate & aliud quidlibet

**R**erum mearum commodum quod sit tibi

**C**ontinget. **N**E. Atqui cupio, sed cupido mi

**I**ta huius est, ut quatenus fas est, uelim,

**S**in minus, omitte. **P**H. Pia loqueris, at fas tibi

**O**gnate, qui mihi Solis ut uideam iubar

**S**olus dederis, & pariter Oetæum solum,

**S**enemq; patrem & amiculos, qui me meis

**P**ressum ab inimicis superiorem feceris.

**C**onfide, tibi licebit illum tangere,

**D**antiq; reddere, gloriari & ceteros

Inter

Inter homines, uirtutis idq; gratia  
 Quid solus attractaueris. Siquidem ipse ego  
 Beneficijs possedi eum, quare haud grauor  
 Si tu quoq; attractes amicus et bene  
 Mihi faciens. Nam beneficia rependere  
 Qui nouit affectus beneficijs prius,  
 Possessione is qualibet præstantior  
 Fuerit amicus. N E. ingredere nunc. P H. Te quoq;  
 Ducam simul. Morbi mei afferitas enim  
 Accipere te sibi ministrum percupit.

Anapestici Dimetri.

CHO. Audiui sanè, at non uidi  
 Qui Iouis insidias struxit toro  
 Ixion, q'ù uinctum omnipotens  
 Saturni filius astrinxerit  
 Currenti semper circum rotæ.  
 Alium autem neminem ego audiui  
 Neq; uidi mortalem, tristius  
 Cui fatum acciderit quam huic homini.  
 Qui quum male nil prouersus fecerit,  
 Nec quemquam fraudarit, uerum  
 Aequus uir uixerit æquissimè,  
 Indigne adeo perit. Hoc miror,  
 Quo pacto tandem, quo pacto

Vtrig;

Vtrinque illis à fluctibus  
Pulsus, sic uitam lachrymabilem  
Sustentarit, ubi expositus fuit  
Ventis ipse, gradum firmum haud habens,  
Nec quemquam indigenam, nec uel malum  
Vicinum ploraret, apud quem  
Vehementer edacem atque cruentum  
Morbum mutuò, nec pedis hulcerum  
Morsi scaturientem uenam  
Sanguine feruenti, qui mitibus  
Sopiret folijs, nec stratum humi  
Escam esurienti qui adferret.  
Serpit enim ipse alias alio, se  
Conuoluens puer ut chara sine  
Nutrice, ubi, ut incedere possit,  
Est facilis uia. Quando remittit  
Paulum excrucians animum morbus,  
Non terra ex sacra frumentum  
Aliud nec semen capiens cibo,  
Quis homines uitam producimus,  
Qui uestigamus ad hanc plurima.  
Præter eum quem sibi telis cibum  
Velocibus acquirit uolucrem  
Deijciens. O animam miseram  
Quæ toto non usq; decennio est  
Iucundo uino, sed sic ubi

Circa

Circumspiciens animaduertit  
 Immotam aquulam, semper ad illam  
 Prorepebat. At in gnatum: incidit  
 Nunc quando boni clariq; uiri,  
 Perfeliciter aget in posterum,  
 Magnusq; malis erit ex illis,  
 Hic enim illum multos post menses,  
 In patriam uehet æquorea rate,  
 Scilicet ad Nymphas Trachinias,  
 Sperchijq; ad ripas limpidi.  
 Ad diuos, ubi transiit Hercules  
 Diuino collucens igne  
 Oetes in prærupto uertice.

Trimetri Lambici.

NE. Age reperiuis. Quid ita tandem gratia  
 Nullius obtices rei atq; adeo stupes?  
 PH. Ah ah ah. NE. Quid est? PH. Nihil mali, sed uade  
 NE. Morbi ne præsentis dolorem reprimiss<sup>e</sup>  
 PH. Non, sed leuius habere iam uideor mihi,  
 Odij. NE. Quid ingemens deos sic inuocass<sup>e</sup>  
 PH. Ut nos benignè sospitent ac prouehant.  
 Ah ah. NE. Quid accidit tibi? Non proferes,  
 Ita sed eris taciturnus? Omnino in malo  
 Videris esse quopiam doloribus.

Egrediens  
 ex antro  
 Philocl'es  
 (tu, tes, pedis  
 dolore cor  
 ripitur,  
 quem tam  
 men uulē  
 dissimula  
 re.

PH.O

P H. Ognate disperij, neq; hoc potero malè  
Cælare apud uos, heu mihi, me conficit  
Dolor. Heu mihi, perimit odiosus, hei misero mihi.  
Ognate disperij, exedor gnatæ, hei mihi.  
Apapapà, papà, pápa, pápa, pape.  
Ognate per deos, tibi si est ad manum  
Ensis aliquis, pedem rogo ium percute,  
Demete celeriter, ne meæ pepercereis  
Vitæ, age rogo ô fili. N E. Quid ita subi ô accidit,  
Cuz adeo uocifereris altum ac ingemast  
P H. Scis gnatæ. N E. Quidnam est? P H. Gnatæ scis.  
N E. Quid est tibi? (pá, pape,  
P H. Haud scio equidem. N E. Et qui nescias? P H. P  
N E. Heu quam additamentum huius est morbi graue.  
P H. Graue atq; ineffabile. Misereare at mei,  
N E. Quid ergo faciam? P H. Peste ne hac exterritus,  
Hic me relinquas. Ea per interualla enim  
Aduenit, ut errores solent, erroris est  
Quando saturata. N E. O tenimis miserum, ô nimis  
In omnibus uisus doloribus miser.  
Num uis prehendam ut atq; contingam manu?  
P H. Non hoc uolo. Sed hunc cape arcum, sicuti  
Prius rogasti, dum remittat se grauis  
Sæuicia morbi, macerat quæ me modò,  
Custodi eum ac serua. Me enim somnus capit  
Hoc quum malum exierit, nec antè desino

Malè

Malè habere. Quo circa est opus finatis ut  
 Dormire tranquillum. Atq; si interea loci  
 Huc uenerint illi, peto abs te per deos  
 Ne sponte uel nolens uel ullis artibus  
 Petitus, illis tela permittas mea,  
 Ne pariter & te meq; supplicem tuum  
 Perdas. N E. Bono animo es, curā ad hāc quod attinet.  
 Te præter atq; me dabuntur nemini.  
 Proinde, quod bene uertat, ea mihi tradito.  
 P H. En gnate suscipe, atq; liuorem tibi  
 Placa, laborum causa ne fiant tibi  
 Quemadmodum mihi eiq; qui tenuit prius,  
 N E. O dij, rata hāc nobis sient, contingat &  
 Secunda & expedita nauigatio,  
 Quò nauigare nos deus iustum putat  
 Clas̄isq; tendit P H. At metuo fili, optio hec  
 Ne fiat irrita. Stillat etenim iterum mihi  
 Morsu ex profundo sanguis ater bulliens,  
 Atq; aliquid expecto noui Hei mihi, papæ.  
 Papæ oppidò iterum. Opes, malis me qualibus  
 Male crucias. Arrebit, accedit propè  
 Malum, hei mihi misero, hei mihi. Habetis' ne rem?  
 Nusquam fugite quæso. Attata, ah ah, papè.  
 O uasfer Vlisses, dolor hic utinam in intimis  
 Visceribus hæreat tibi. Hei mihi, papæ.  
 Papæ oppidò iterum. Exercitus gemini duces

(illi) Vlisses & Diomedes.

Agamemnon

**A**gamemnon ac Menelae, pro me quomodo  
Aleretis hunc morbum tot annos? Hei mibi,  
**H**ei mibi iterum. O mors mors, uocata quomodo  
Quotidie ita, uenire nunquam ad me potes?  
O gnate generose, cape uero me, igneque;  
Incende queso nuncupato Lemnio,  
Ut & ego quondam filio Iouis hisce pro  
Quæ tutenes, armis, eandem operam dedi.  
**P** H. Quid gnate dicas? quid ait obsecro? quid taces?  
**V**bi gentium ognate es? N E. Vicem doleo tuam,  
Propter tua gemens mala. PH. Sed o fili, bono  
**A**nimo esto. Quippe morbus hic acutè quidem  
Accedit, at rursum recedit oxyus.  
Sed obsecro te, ne relinquas me modò.  
**N** E. Confide, permanebimus. P H. Vere' ne tu  
Manebis? N E. Id liquidò scias. P H. Haud ausim ego  
Te iure iurando obligare gnate mi.  
**N** E. At fas mihi haud est absq; te recedere.  
**P** H. Ad roborandam ergo fidem cedo dexteram.  
**N** E. Do, quod manebo. P H. Illuc rogo, illuc ferte me.  
**N** E. Quorū inquis. P H. Hem sursum. N E. Quid  
Aut quid supernū contueris circulū? (iterū desipi?)  
P H. Omitte, mitte me. N E. Quò omittam? P H. Deniq;  
Omitte queso. N E. Non omittam. P H. Me enecat  
Si tetigeris. N E. Iam uero omitto. Num modo  
Plus sapis aliquid? P H. O terra, moribundum obsecro  
Affe

Affectus uti nunc sum, cape atq; conuge.  
 Malum hoc enim non me amplius sinit erigi.  
 NE. Somnus hominem uidetur haud post tempora  
 Capturus esse longa. Quippe iam caput  
 Resupinat, atq; sudor à toto fluit  
 Corpore, nigra & dirupta in extremo pede est  
 Vena, unde sanguis profluit, sed eum modò  
 Socij sinamus ita quietum ut dormiat.

Anapæstici Dimetri.

CH O. Somne dolorum expers & liber  
 Omnis cruciatus, uenias huc,  
 Faustè aspirans nobis ô rex,  
 Vitam qui cunctis dulcem facis.  
 Inq; oculist teneas splendorem hunc,  
 Prætensus qui nunc est. Adueni  
 Mihi quæso ô Pæon curarum.  
 Ognate uide confitas ubi  
 Et quo proficiscaris. Quomodo  
 Mihi uero curas, quid postea  
 Sit faciendum? Quid facturi hinc  
 Præstolamur? Sanè occasio  
 Cunctorum uincens sententiam  
 Ad commoda proxima multum ualeat.

Trimetrii Lambici.

NE. Hic iam quidem nihil audit, at ego cerno nos  
Prædam hanc habere, arcum atq; tela scilicet,  
Frustra, sine ipso naue si hinc recedimus.  
Corona enim eius est. A pollo adducere  
Hunc iussit. At mendaciter promittere  
Neq; efficere, turpisimum est opprobrium.

Anapæstici Dimetrii.

CHO. Hæc gnate quidem ipse deus uiderit.  
Quæ uero mihi post responderis  
Ea parua ò fili parua uoce  
Responde. Aegrotantibus enim  
Cunctis breuis esse solet somnus  
Rursus ut euigilent, sed maximum  
Quod sit, id occultè quantum potes  
Mihi dispice quid facturus sis.  
Scis, cuius dicam ista gratia  
Eiusdem si fors sententiae es  
Cum ipso, meditanda tibi tum quæ  
Difficilia sunt etiam astutis.  
Nunc commoda gnate est occasio,  
Nilq; uidet uir, nilq; habet auxili  
Verum ceu noctu extensus iacet,

Somnus

Somnus in aprico commodus est.  
 Non pedis, haud manuum, non ullius  
 Membri est dominus, sed stratus iacet  
 Veluti Horco demissus quispiam.  
 Affice, iam cernit, iam loquitur  
 Opportunè. Qui uero capi  
 Posset curæ committas meæ  
 O fili. Labor absq; periculo  
 Liberq; metus longè optimus est.

## Senarij.

N E. Tacere iubeo, à mente nec recedere.  
 Homo enim mouet oculos & erigit caput.  
 P H. O lux, uicissim quæ soles succedere  
 Somno, hospitumq; fida præter spem meam  
 Custodia. Neq; enim putauignate, te  
 Laturum ita misericorditer mala hæc mea.  
 Neq; potuisse manere presentem mihi  
 Et opem ferentem. Non Atridæ hoc hercule  
 Facile tulerunt ita, boni illi principes.  
 Generosa uerum exq; generosis est tua  
 Natura gnate, ideo facilia hæc omnia  
 Existimasti, plenus & clamoribus  
 Fœtoreq; ex me. Et quando nunc huius mali  
 Quies aliqua uidetur ac obliuio

**Gnate esse, tu sus tolle me, meq; in pedes**  
**Ognate statue, ut quando me reliquerit**  
**Afflictio hæc, eamus ad nauem, neq;**  
**Hinc fiat amplius ulla soluendi mora.**  
**NE. Gaudeo equidem, quod absolutum cerno te**  
**Dolore, præter spem, uidentemq; atq; adhuc**  
**Auras trahentem. Signa enim ceu mortui**  
**In te uidebantur calamitates ad has,**  
**Nunc ergo temet erige. Si uerò magis**  
**Placet tibi, isti te ferent, nec enim labor**  
**Eos grauabit, quando tibi mibiq; sic**  
**Visum est facere. P H. Laudo ista gnate, tuq; me**  
**Vt cogitas tolle, hosce uerò nunc sine**  
**Odore ne grauentur ante debitum**  
**Tempus malo. Hisce enim molestiae satis**  
**In naui erit, quod nauigent mecum simul.**  
**NE. Sic fiet. At consiste iam retineq; te.**  
**P H. Confide, solito more sustentabo me.**

**Poenitet** NE. Papæ. Quid ego nunc ergo post hæc porrò agam?  
**Neoptole.** P H. Quid istud est fili? Quid hec locutus es  
quod dolis Contra institutum? NE. Nescio quò deniq;  
deceperit Me uerba oporteat dubia conuertere.  
**Philocte.** P H. Dubitas quid autem gnate? Ne istuc dixeris.  
editq; tan= NE. Quin nunc in ipso uersor hic incommodo.  
demueri. P H. An difficultas morbi eò te duxit, ut  
tatem. Tecum amplius me non uelis abducere?

NE. EA

NE. Et hercle rerum difficultas omniam,  
Ingenio ubi suo relicto quispiam,  
Incongrua & aliena facere destinat.

PH. At patre tu facis alienum nil tuo  
Nec dicis, auxilium bonos si fers uiro.

NE. Turpis uidebor, iam diu hoc me macerat.

PH. Non hercle in his quae dicis & facis. Hæfito.

NE. O Iuppiter, quid agam? secundò iam malus  
Deprendare cælando, quæ non conuenit,  
Quum uerba prius & dixerim turpisima.

PH. Hic homo (nisi male coniçcio ego) omnino me  
Videtur esse proditurus deniq;  
Meq; hic relicto nauigaturus domum.

NE. Non te relinquam. Hoc me diu sed macerat,  
Auetio ne tristis eueniat tibi.

PH. Quid dicis o filii? ista non intelligo.

NE. Cælabo te nil, nauigandum ad Pergama  
Tibi est, ad Argiuos Atridarum & rates.

PH. Hei mihi. Quid es locutus? NE. Obsecro ne gemas  
Ita ante, quam audias. PH. Quid audiam? Cedo,  
Quid cogitas mecum facere? NE. Primum omnium  
Eripere morbo ex hoc, deinde tecum simul  
Populabor Ilium profectus hinc eò.

PH. Et ista uerè perficere tu cogitas?

NE. Huc magna cogit nempe me necessitas.  
Proinde ne efferraris illud audiens.

P H. Perij miser. Sum proditus planissime  
Cur hospes obsecro ista fecisti mihi?  
Huc redde quam primum mibi arcum telaq;  
N E. At non potest fieri. Magistratus enim  
Vt audiam ius suadet utilitasq; mi.

Neoptole= PH. O tu ignis et formido et inuisissime,  
mus dictus Astuciarum omnisq; fraudis artifex,  
est etiam Qualia mihi fecisti? Vt improbis dolis  
Pyrrhus Mibi dedisti uerba? Non te dispudet  
ob colore Quum me intueris, quitibi ad genua accidi,  
igneum ca= Factusq; sum supplex homo o seuiissime?  
pillorum, Victim abstuli: si prorsus arcum si eripis.  
hinc ut al= Redde oro gnate, redde rursus obsecro  
ludat, uo= Per te deos rogo paternos, ne mihi  
cat eum Victim auferas. Eheu mihi miserrimo.  
Pyr. per Nec me quidem amplius alloqueris, imo aspicis  
n pocopen. Nunquam uelut missurus iterum de manu.  
O littora. O rupes, et o sylvestrium  
Coetus ferarum, o saxa prerupta ista, iam  
Vobis queror (non enim aliud scio cui loquar)  
Præsentibus, measq; adeo querimonias  
Audire solitis, qualia mihi filius  
Fecerit Achillis, qui fidem mibi dedit  
Domum reducturum esse me, nunc ducit ad  
Troiam, dataq; dextera arcum habet meum  
Illum herculis, sacrum, creatide loue,

A 15

Atq; exhibere uult Achiuis, meq;, ceu  
 Virum ualentem ceperit secum trahit  
 Violenter, ignoratq; se iam mortuum  
 Vmbramq; sumi occidere, imò imaginem  
 Duntaxat. Haud enim ualentem uiribus  
 Cepisset unquam, quando me nesci quidem  
 Præhendit affectum, nisi dolo. At nunc miser  
 Sum fraude deceptus. Facere quid conuenit?  
 Sed redde queso, adq; animum etiam num redi.  
 Quid aii? Taces? Iam prorsus occidi miser.  
 O forma saxi duplici nota ostio,  
 Iam rursus ad te, rursus ingredior miser  
 Nudusq; non habens cibum, sed aridus  
 Fiam hoc in antro solus, haud uolucrem, haud feram  
 Arcu amplius perimens, sed ipse mortuus  
 Præbebo miser illis cibum à quibus antea  
 Pascebar, & quos ipse uenabar prius,  
 Iis nunc ero uenatio uersa uice,  
 Mea nece illorum necem exsoluam miser  
 Eius opera, quem sum arbitratus n̄l mali  
 Nosse. Haud adhuc pereas quoad sciam, amnesis  
 Sententiam uorsurus in melius tuam.  
 Versuris & si non es, intereas male.  
 CHO. Quid agamus in tua potestate est situm  
 O rex, licet enim & nauigare iam, huius &  
 Obtemperare, si libet, sermonibus.

**N**E. Sanè mihi magna incidit miseratio  
Huius uiri, haud nunc primitus sed & antea.  
**P**H. Miserere fili per deos, neq; contrahas  
Apud homines probrum hoc tibi, deceperis  
Quod me dolis. **N**E. Hei mihi, quid agā? Utinā forem  
Nunquam profectus ē paternis sedibus.  
Vsq; adeo tristor rebus his præsentibus.  
**P**H. Non es malus tu, sed uideris à malis  
Huc institutus aduenire ad turpia.  
Nunc ergo apud alios dolis his utere,  
Par uti, meisq; redditis armis mihi.  
Hinc nauiga. **N**E. Quid facimus ô uiri? **V**L. Omnia  
Opesime quid agis? Haud abis & istum mihi  
Relinquis arcum? **P**H. Hei mihi, quis hic uir? Num  
nam ego.

Audiui Vlissēm? **V**L. Planè Vlissēm, meq; quem  
Corām uides. **P**H. Hei mihi dolis sum uenditus,  
Atq; perij. Hic fuit ergo qui me prendidit,  
Armisq; spoliauit. **V**L. Ego prorsus ut scias,  
Non aliis, ista confiteor tibi lubens.  
**P**H. Redde age, relinque arcum mibi gnate. **V**L. Hoc  
Nunquam faciet, etiam uelit si maximè. (quidem  
Sed te quoq; unā oportet hinc discedere  
Cum arcu, nolentem aut abstrahent te uiribus.  
**P**H. Méne ô malorum pessime audacissimeq;  
Hi uici trahent? **V**L. Si nempe non sponte iueris,

O terra

PH. O terra lemnia. O iubar Vulcanum  
 Omnia domans. Hæc prorsus intoleranda sunt,  
 Violenter hic si me ex tuis abduxerit.

VL. louis est (ut scias) dominium huius insulae.  
 Louis est, et is decreuit hæc, meq; utitur  
 Nunc administro. PH. O odium et improbissime,  
 Qualia loqui audes? atq; prætendis deos,  
 Falsoq; concinnas tuis sermonibus?

VL. Non imo ueraces. Via hæc autem tibi  
 Eunda prorsus. PH. Pernego autem ego. VL. At ego  
 Affirmo, oportet et ut in hoc obtemperes.

PH. Hei mihi miserrimo. Ergo me non liberum  
 Omnino, sed seruum meus genuit pater?

VL. Non. Parem cunctis sed optimatibus,  
 Quis cum capere te Troiam oportet atq; ui  
 Vastare. PH. Nunquam istuc profecto, nec mala  
 Me perpeti quamvis oporteat omnia,  
 Antrum quoad mihi hoc profundum suppeditet.

VL. Quid ergo facere instituis? PH. Hoc statim cao  
 Saxis ego cruentabo, de saxo cadens. (put

VL. Apprendite ipsum, facere ne ista possiet.  
 PH. Eheu manus captæ à uiro isto, Qualia  
 Perpetimini charis carentes arcubus?  
 O qui nihil sanum sapis nec liberum,  
 Qui me subiisti? Me quibus uenatus es  
 Dolis, subornato in tuum locum improbe

Puero hoc mihi ignoto, atq; te indigno quidem,  
Dignissimo autem me, nihil qui nouerat  
Mandata præter exequi, quem nunc quoq;  
Liquet moleste ferre quod deliquerit  
In me, quod & ego patiar hæc. Sed improba  
Et per latebras anima prospiciens tua  
Semper, rudem doli atq; nolentem, tamen  
Bene instituit ut esset ad mala callidus.  
Et nunc ligatum cogitas me ò perdite  
Ab littore hoc abducere, in quod sum antea  
Abiectus abs te, exul, relictus, & carens  
Amiculis, interq; uiuos mortuus,  
Heu male utinam pereas. Et optauit hoc tibi  
Sæpenumero, sed dij nihil præstant mihi  
Quod suave sit. Tu latus etatem exigis,  
Mihi uero id ipsum fert dolorem maximum,  
Compluribus quod in malis uiuo miser  
Derisus abs te, ducibus & Atridis simul,  
Præbes ministrum te quibus ad huiusmodi.  
Dolus quidem te adegit & necessitas  
Ut nauigares pariter. At miserrimum  
Me nauigantem sponte septem nauibus,  
Sine honore proiecere. (sicut tu refers)  
Te uero causam ipsi fuisse prædicant,  
Nunc ergo quid me ducitis & abducitis?  
Ut me abducatis qui nihil sum, causa qua est?

Vobisq;

Vobisq; iam pridem iaceo qui mortuus?  
 Qui fit, quod ( ô inuise dijs) iam non tibi  
 Sum claudus, male olens? qui deis uouebitis  
 Me nauigante simul crematuros sacras  
 Qui postea libabitis? Nam talia  
 Prætexere solebas ut ejcerer. Malè  
 Pereatis, ô pereatis hunc qui sic uirum  
 Iniuria affecisti hac, si quid deis  
 Iusticia curæ est, quod sit autem sat scio,  
 Non huc enim classe appulissetis uirum ob  
 Miserum, nisi deum uos stimulus impelleret,  
 Sed ô paterna terra, dijç; qui mala hæc  
 Aspicitis, ô punite tandem omnes eos.  
 Punite quæso si mei miseremini,  
 Qui uiuo sanè misere, at illos perditos  
 Si cernerem, à morbo hoc putarem me quoq;  
 Tunc absolutum, ægræue tolerarem minus  
 CH O. Morosus est hospes, morosum dixit  
 Sermonem vñsses, quiq; nil cedat malis.  
 V L. Aduersus huius dicta, multa dicere  
 Possem, mihi tempus hoc permitteret.  
 Nunc præstò uero est unicus sermo mihi.  
 Huiusmodi quum res gerendæ sunt, ego  
 Huiusmodi sum quoq; ubi uero de bonis  
 Iustisq; iudicatur uspiam uiris,  
 Magis pium atq; ego sum, repereris neminem.

vbiq;

Vbiq; sanè uincere est solitum mihi  
Præterquam apud te, nunc uolens autem locum  
Tibi dabo, dimittite enim eum, nec amplius  
Tangatis, ita manere finite, nec tua  
Opera indigemus arma habentes ista. Nam  
Adest apud nos Teucer, artem hanc qui tenet,  
Ego qui me peius arbitror nihil  
Quam tu arma tractare hæc, manuq; fortiter  
Posse regere. Quid ergo te opus est? Quin uale  
Lemnum incolens. Nos uero eamus, et tuum  
Fortasse munus pepererit honorem mihi  
Quem conueniret possidere te. P H. Hei mihi.  
Quid nunc agam infelix? Meis tu appareas  
Ornatus armis inter Argiuos, scelus?  
VL. Nihil amplius respondeas mihi, uelut  
Abitum paranti. PH. O gnate Achillis, tutua  
Me uoce quoq; non amplius dignaberis.  
Sed sic abis? VL. Discede tu, neq; respice,  
Generosus et sis, ut hanc nobis teras  
Ne forte fortunam. P H. An ita et à uobis quoq;  
Desertus, hospites relinquar, nec mei  
Miseratio uos capiet? C H O. Adolescens hic est  
Classis dominus. Ergo ille quicquid dixerit,  
Tibi nos idem quoq; dicimus. N E. Malè audiam  
Ab hoc, quod(ut natura fert mea) sim nimis  
Hic misericors, manete tamen huic si placet,

Res

Res donec in nauि uiri ornent nautici,  
 Precemur & deos. Et iste forsitan  
 In melius interea animum mutauerit.  
 Nos duo igitur iam abimus, at uos ceteri  
 Quando uocauerimus uenite ad nos citi.

Anapestici Dimetri.

P H. O saxy spelæon concavi  
 Calidum gelidumq; secundum horas,  
 Ergo relicturus eram te miser  
 Nunquam, sed morienti etiam mihi  
 Commodum erit tandem? Hei mihi plurimum.  
 O casa plenissima tristicie  
 Nostræ misera. Ecquis posthac cibus  
 Quottidianus erit mihi? Quem nam  
 Consequar altorem tandem miser?  
 Qua spe uiuam? Utinam uehementi  
 Me uento sursum hinc abripiant  
 In cœlum Harpyie. Non etenim  
 Valeo amplius. CH O. Ipse tibi infelix  
 Ipse malum hoc accersisti tibi  
 Non aliunde hanc sortem es nactus,  
 Maiore nec ab aliquo. Nam quum  
 Licuisset recte sapere & que  
 Meliorem ad fortunam prouehunt,

Tu peius habere elegisti.

PH. O me miserum ergo, ô me miserum.

Confectumq; dolore infando,

Qui posthac desertus ab omnibus

Hic moriar miser, ach, ach, ach, ach.

Non amplius adferre cibum queo,

Nec uolucres telis ac arcu

Confidere & manibus robustis.

Verum me circumuenerunt

Verba improuisa atq; occulta

Fallacis mentis. Videam ô si

Illum, horum qui consultor fuit

Tanto tempore ferre dolores

Nostros. CHO. Fortuna deorum te

Cœpit, non manuum nostrarum

Dolus. Ergo odiosa atq; infausta

Alijs ista predator. Nam mihi

Hoc quoq; curæ est ut te moneam,

Ne nostram ita amicitiam abiicias.

PH Hei mihi. Nunc alicubi cani ille

In littore pontifex san sedens,

Deridet me, manibus uersans

Arcum quo uictum quærebam.

In felix quem nemo unquam abstulit.

O arcus chare, ô manibus quoq;

Extorte è charis, certè nunc

Si quid mentis habes, moestum geris  
 Vultum, quod successor te Herculis  
 Post usurus non est amplius.  
 Verum alium sortitus dominum  
 Manibus uafri tractaris uiri,  
 Et turpes afficiens fraudes,  
 Hominemq; odiosum atq; hostem meum,  
 Sexcenta dolis ex mala turpibus  
 In lucem edentem, quanta edidit  
 Aduersum nos Laertiades.

CHO. Strenui hominis est officium, ut bene  
 Quod iustum est dicat, pro tempore  
 Scilicet, & contra dicentem  
 Ne quando dolorem linguae exerat  
 Inuidiosum. Porrò ille unus  
 Ex multis electus opem tulit  
 Socijs communem, præceptis  
 Vsus Vlissis. PH. Volucrum ò p̄d̄s  
 Terrificarum ò gentesq; ferarum,  
 Quas hæc regio monticolas tenet  
 Non est casa ab hac quod fugiatis  
 Amplius, haud etenim telorum  
 Robur habeo præ manibus pristinum,  
 (O quam sum miser in præsentia)  
 Verum hic improhibitus est uobis  
 Locus, & haud ultra metuendus.

Hyperion  
ter.

Iam

Iam nunc huc accedite commodum  
Ut uestra uicissim perimentia  
Ora exaturetis quantum libet  
Carne mea uaria. Nam uitam  
Continuo linquam. Vnde etenim mihi  
Victus? Quis ita aura pasci queat  
Quum non amplius habeat uictum  
Ex his quæ terra altrix præbet?  
CHO. Per diuos rogo, si colis hospitem,  
Omni illum accedito amicitia,  
Qui uitæ causa huc uenit tuæ.  
Scito autem hoc certò, quòd iam tibi  
Effugere hanc calamitatem liceat.  
Miseranda etenim semper pascere,  
Maxime eum qui rudit ad plurima  
Malasit toleranda, hominis quæso  
Cuius tandem est? P H. Iterum atq; iterum  
Antiquum refricasti uulnus  
Obone, regionemq; Iliacam.  
Cur me perdis? Cur hæc mi facis?  
CHO. Cur hoc dixisti? P H. An speras me  
Ad terras ducturum Iliacas?  
CHO. Hoc esse intelligo nempe optimum.  
P H. Nunc ergo relinquite me. CHO. Gratam  
Vehementer mihi rem mandasti,  
Quam sponte uolebam quoq; facere.

Age

**A**ge eamus, eamus iam ad natum,

**V**t nobis antè est mandatum,

**P**H. Ne discedas queso per Iouem

**O**mnes cui curæ sunt supplices.

**C**HO. Esto ergo modestior. PH. O hospites,

**R**emanete obtestor uos per deos.

**C**HO. Quid clamas? PH. Heu genius, genius,

**P**erij miser. O pes, pes, quid agam

**T**ecum posthac in uita miser?

**Q**ueso reuertimini iterum o hospites.

**C**HO. Quid facturi animo contrario

**A**liud, quam quod tibi uisum est prius?

**P**H. Non est indignè tolerandum,

**S**i quis morbo oppressus tristi,

**I**nspicenter quid proclamet.

**C**HO. In nunc ergo, iubemus uti, miser.

**P**H. Nunquam, nunquam, hoc mihi firmum scias.

**N**eque si me fulminibus Iuppiter

**I**psis petat. Intereat Troia,

**A**c omnes qui illic bellum gerunt,

**Q**ui sustinuerunt abiçere

**M**e propter pedis articulum mei.

**P**orrò unum præstate mihi hospites.

**C**HO. Quidnam istud erit? PH. Si quis gladius

**A**ut ascia uel telorum aliquid

**V**os penes est allatum, tradite.

Q

**C**HO. **Q**uam

**C H O.** Quam rem facturus es tandem?

**P H.** Caput absindam & membra manu omnia.

Mortem iam morbus, mortem expetit.

**C H O.** Quapropter? P H. Patrem quærens meum.

**C H O.** Vbi gentium is est? P H. Planè apud inferos.

Quippe haud amplius hunc Solem uidet.

**O** urbs ô urbs patria, aspicerem

Te quomodo pressus ita ærumnis,

Qui tua flumina sacra reliquerim

Danaisq; inimicis suppetias

Huc ueniens tulerim? Nullus sum.

**C H O.** Ego iam pridem hinc ab ijssem meam

Ad nauem, nisi Ulissem & Achillis

Gnatum ad nos accedere cernerem.

Trimetri Lambici.

**V L.** Non ergo dices, cur uiam hanc tam sedulò

Carpas reuertens ambulansq; percitus?

**N E.** Piabo iam, quæcunq; deliqui prius.

**V L.** Narras grauem rem. Porro delictum quod est?

**N E.** Quod nempe commisi antè obediens tibi

Danaumq; cunctis copijs. **V L.** Abs te quid est

Factum quod haud deceat? **N E.** Dolis quod turpibus

Et fraude ceperim uirum. **V L.** Quemnam? Hei mihi,

Nunquid noui quicquam facere tu cogitas?

**N E.** Nihil

N E. Nihil noui. Poëantis autem filio.

V L. Facturus es quid? Quām metuo uerbis ab his.

N E. A quo recepi arcum hunc datum, iam rursum et.

V L. O Iuppiter, dices quid? an animus tibi est  
Reddere? N E. Habeo non iustè enim sed turpiter.

V L. An ista dicis (per deos) ut mordeas?

N E. Si uera dicere morsio dici potest.

V L. Quid ais Achillis gnate? quid dixti obsecro?

N E. Eadem ne me uis bisq; terq; dicere?

V L. Volebam initio audisse ne semel quidem.

N E. Certò scias igitur, ita audisti omnia.

V L. Est aliquis, est qui facere te uerabit hoc.

N E. Quid ais? quis est qui facere me uerabit hoc?

V L. Totus populus Achium & inter hos ego.

N E. Sapiens licet sis, non tamen sapienter hæc  
Profaris. V L. At tu nec facere nec proloqui  
Sapienter intendis. N E. Sed hec si iusta sunt,  
Sapientibus meliora sunt sermonibus.

V L. Et quomodo iustum sit, ea que nactus es  
Me opte consilio restituere? N E. Turpe quum  
Commiserim peccatum, id emendare iam  
Conabor. V L. Antu non Achium exercitum  
Metuis ea faciens? N E. Patrans iustu n quod est,  
Nihil metuo quod tu, neq; manus mi tua  
Persuaserit, minus uti faciam. V L. Ergo non  
Est pugna nobis Troas aduersum, imo te.

**N**E. Esto futurum quicquid est. Gladij uides  
Me dexter a capulum tenentem. **V**L. Me quoq;  
Facere uidebis idem, atq; cunctantem nihil.  
**V**erum sinam te, copijs autem omnibus  
**D**icam ista, quæ te punient dignissimè.  
**N**E. Sapisti. Et hoc si deinde sapueris modo  
Aetatem ages fortassis absq; fletibus.  
**A**ttu Poëantis gnate, prodixaxeam  
**C**asam relinquens. **P**H. **Q**uis tumultus rursus e<sup>st</sup>  
**M**eam ante speluncam? **Q**uid euocatis huc?  
**Q**uare mei nunc indigetis hospites?  
**H**ei mihi, quid hoc mali est? An huius gratia  
**A**ddestis, ut maius mihi detis malum,  
**M**ala ad priora? **N**E. Bono animo es, quæq; adfero  
**A**udito uerba. **P**H. Metuo ego. **Q**ui p<sup>re</sup>p<sup>ar</sup>e prius  
**V**erbis bonis adductus incidi in malum.  
Sermonibus uidelicet credenstuis.  
**N**E. An nullus extat poenitentiæ locutus?  
**P**H. Talia loquebaris prius quoq; quum mihi  
**F**uratus arcum es, & fores fidus quasi,  
**Q**uum cogitares clanculo damnum dare.  
**N**E. Sed non modò idem. Ex te uolo autem discere,  
**V**trum tibi hic manendi sit sententia,  
**N**obiscum an hinc enauigandi. **P**H. Desine,  
**N**e plura dicas. Frustra enim omnia dixeris.  
**N**E. Siccine igitur prorsus tua est sententia?  
**P**H. Sic

PH. Sic prorsus, & plus (scito) quam loqui queam,  
 NE. At qui hercle persuadere ego uolebam tibi  
 Verbis, at opportuna si non eloquor,  
 Desino. PH. Bene est. Nam cuncta frustra dixeris.  
 Nambeneuolum tibi nunquam animum habebis meū,  
 Victum abstulisti qui dolis mihi prius,  
 Nunc deinde monitus uenis, patris optimi  
 Fili mihi inimicissime. Pereatis, &  
 Primum quidem Atridae deinde filius  
 Laërtis & tu. NE. Ne impreceris quipiam  
 Ultra, sed hæc nostra è manutela accipe.  
 PH. Quid dicas? Haud decipimur ergo denuo?  
 NE. Iouis supremum iuro numen. PH. O mihi  
 Quam grata dicas, uera si dicas modò.  
 NE. Res ipsa præsens indicat. Sed dexteram  
 Extende, tuaq; arma recipe. V. L. Ego uero abnega.  
 Multumq; contradico, sint testes dei,  
 Propter & Atridas atq; totum exercitum.  
 PH. Hem gnate, cuius ista uox? An audio  
 Vlissim? V. L. Et hoc certò quidem scias, & hic  
 Me prope uides, qui uiribus te ad ilium  
 Ducam uelit nolitue Achillis filius.  
 PH. At hercle, non gaudens, sagitta hæc si modò  
 Non erret. NE. Ah, ah, neutiquam, ne per deos  
 Dimitte telum. PH. Mitte quæso manum meam  
 Perchare fili. NE. Non omissam. PH. Heic uirum

Hostem & inimicum non finis me occidere  
Meis sagittis? N E. Hoc neq; mihi nec tibi  
Bonum est. P H. At hoc unum scias, exercitus  
Primos, Achium nempe præcones, fera  
Ad prælia ignaos, & esse plurimum  
Verbis ferociis N E. Esto. Tu nunc arcum babes,  
Nec est quod irascaris amplius mihi  
Aut me reprendas. P H. Fateor hoc. Specimen tui  
Gnate edidisti generis unde oriundus es,  
Non ex parente Sisyphos sed Achille, qui  
Audierat inter ante uiuos optimè,  
Nunc mortuos uero inter audit. N E. Gaudeo  
Abste parentem sic meum laudarier,  
Ipsumq; me. Porro quid abste consequi  
Cupiam accipe. Tolerare ea necesse est quidem  
Quæ dantur hominibus à deis mala, porro qui  
Incommoda ferunt sponte, sicut tu, sua,  
Suntq; uenia indigni atq; misericordia.  
At tu ferus es effectus, & neq; suscipis  
Qui consulit, animo & amico si quis monet,  
Odissti, eumq; hostem & inimicum existimas.  
Dicam tamen, & horum aduoco testem louem.  
Hæc ergo nescito in animumq; scribito.  
Nam tu laboras ex pede hoc diuinitus  
Morbo, quia propè nimis ad anguem accesserat,  
Qui templo Chryses patula custodit latens.

Nullamq;

Nullamq; requiem posse te adipisci scias  
 Morbo à graui isto, quam diu Sol hac quidem  
 Exoritur, illacq; occidit rursus, quoad  
 Ad Ilij campos profectus eris uolens,  
 Nostrisq; medicis fueris usus optimis.  
 Ut te leuent morbo hoc, ex excindas simul  
 Mecum ilium hoc arcu. Vnde uero isthæc sciā  
 Sic se habere, dicam, Homo captiuus est  
 Troianus in castris, Helenus is dicitur,  
 Peritus augur, propalam qui prædicat  
 Hæc ita fieri oportere, præterea quoq;  
 Affirmat æstate hac necesse esse ilium  
 Capi, suaq; sponte se offert ad necem,  
 Mentitus hæc si sit. Proinde hæc quum sciā,  
 Concede sponte. Pulchra res est gloria.  
 Te iudicatum unum esse Achiuorum optimum.  
 Primumq; medicorum uenire te in manus,  
 Deinde lugubri ilio capto inclytam  
 Famam assequi. P H O inuisa uita, cur diu  
 Ita me tenes in uita, ad inferos neq;  
 Concedere sinis? Hei mihi. Quid nam geram?  
 Quoniam modo huius non fidem sermonibus  
 Habeam? beneuolus qui mihi me hortatus est,  
 An ergo cedam? Deinde quomodo miser  
 In publicum prodibo, si hoc patrauero?  
 Quis me alloquetur? Quomodo uos circuli,

Qui quæ mihi accidunt uidetis omnia,  
Hoc suffferetis, uer ser ut apud Atrei  
Gnatos ego? qui perdiderunt me hoc modo?  
Quomodo, ut apud Vlissēm omnis autorem mali?  
Haud adeo enim præterita memordent, uti  
Ea quæ ferenda sunt ab ijs mihi postea,  
Quæ præuidere iam procul uideor mihi.  
Quorum animus enim gignit, ut mater, mala,  
Eos identidem ad alia scelera erudit.  
Teq; oppidò demiror h.ec quod suadeas.  
Nam neq; te oportebat uenire ad ilium,  
Nosq; prohibere etiam, ad eos accedere,  
Qui te patris malè spoliantes præmijs  
Iniuria affecere, qui miserum quoq;  
Aiacem in armorum patris causa tui  
Minorem Vlisse iudicarunt improbo.  
His tu ne proficiseris ut auxilium feras?  
Meq; ad eadem cogis? Cae*u* istuc feceris  
Fili, sed id quod antè iurasti mihi  
Efficio, ad ædes me meas reducito.  
Et ipse permanens domi, finite malos  
Illos malè interire, sicq; gratiam  
Inibis à me duplēmatq; duplē  
Meo à parente, nec malis ferens opem  
Mala & ipsus indole præditus uidebere.  
N E. Dicis quidem æqua, te tamen dijs credere

Sermo

Sermonibusq; obtemperare meis uelim,  
Cumq; hoc amicoterre ab hac excedere.

P H. An ad Ilium uadam, Atreiq; filium  
Maximè inimicum mihi: pede hoc miserrimo?  
N E. Ad eos quidem, qui purulenti huius pedis  
Sistant dolores teq; morbo liberent.

P H. Heu fabulam dixisti acerbam. Quid rogo  
Loqueris? N E. Honestaque video futura mi  
Tibiq; si fiant. P H. Et hec quum dixeris,  
Non erubescis coelites? N E. Et quomodo  
Quis erubescat proximis opem ferens?

P H. Hoccine de Atridarum ope loqueris, an de mea?  
N E. Quia tibi amicus sum, ideo talis & mea  
Oratio est. P H. Quo pacto amicus, qui uelis  
Me prodere hostibus? N E. O amice discito  
Haud malè loqui inq; rebus efferrri malis,  
P H. Me perdis. Atq; te ex tuis sermonibus  
Intelligo. N E. Non perdo, teq; pernegas  
Intelligere. P H. Atridas satis noui à quibus  
Eiectus ita sum. N E. Sed quod illieiecerint  
Non modo, sed hoc quod reddituri sunt, uide,  
Saluum. P H. Haud ita hercle, ut sponte uideam unq;  
N E. Quid ergo nos faciamus, huc te adducere (Iliū.  
Qui omnino nullis possumus sermonibus?  
Quare expeditum mihi quidem est ut desinam,  
Tibi uero ita ut uiuas, uti in præsentia,

Vivis, sine salute. P H. Sine me queso pati,  
Quæ perpeti me oportet. At id quod dexteræ  
Pollicitus es data, in paternas scilicet  
Reducere ædes uelle, confice gnate mi,  
Et ne moreris, nec memineris amplius  
Troiæ. Satis enim plurimis mihi fletibus  
Est usq; plorata. NE. Ergo si uidetur hinc  
Eamus. P H. Ouerbum locutus nobile es.  
NE. Suffulci age tuum nunc gradum P H. Quantum  
NE. At quomodo, effugiā ne Achiuim reum (queo  
Agant ob hanc rem? P H. Nileos cures. NE. Mea  
Quid regna si populentur. P H. Ibi præsens ego.  
NE. Quod commodū adferes? PH. Sagittis Herculis.  
NE. Quid dicis? P H. Arcebo à tua patria procul.  
NE. At ista si facturus es quæ prædicas,  
Exoscularē terram & hoc mecum ueni.  
HER. Nondum, prius quam nos, Philoctete, audias  
Nostrumq; sermonem, queasq; dicere  
Vocem Herculis te audisse coram ipsum auribus  
Vultumq; uidisse. Venio autem gratia  
Tui, relicitis sedibus cœlestibus  
Tibi indicaturus iouis sententiam,  
Viamq; prohibiturus ire quam cupis.  
At tu meis obtempera sermonibus.  
Primumq; fortunam tibi dicam meam  
Quantos labores pertulerim & exhauserim,

Et sempiternam ita sim adeptus gloriam,  
 Sicut uidere licet tibi in presentia.  
 Tu quoq; scias certò ista debes perpeti,  
 Laboribusq; nomen adipisci inclytum,  
 Hoc cum uiro profectus ad Troiæ solum.  
 Primum quidem à morbo quiesces pessimo,  
 Et principem uirtute locum in exercitu  
 Tenens, Parin qui causa cunctarum fuit  
 Harum calamitatum, sagittis tu meis  
 Spoliabis anima, & Ilium populaberis,  
 Spoliaq; mittes in tuam domum optima  
 Selecta toto nempe tibi ab exercitu  
 Patri Pœanti, patriæ ad Octæam plagam.  
 Quæ ceperis uero spolia ab exercitu  
 Arcus mei monumenta, fer meum ad rogum.  
 Eadem & te Achillis gnate moneo. Non enim  
 Tu capere Troianum uales campum hoc fine,  
 Neq; iste sine te, sed leones ceu duo  
 In pascuis iisdem alter alterum, huncq; tu  
 Teq; iste, custodite Porro ad Ilium  
 Mittam Aesculapium liberatorem tuum  
 Medicumq; morbi. Nam secundò ipsum capi  
 Meis sagittis est necesse. Hoc condite  
 Vos uero in animum, quando eam uastabitis,  
 Pietatem ut aduersum deos tueamini.  
 Nam dicit inferiora cuncta Iuppiter

Pietate,

Pietate, alia Pietas enim mortalibus  
In morte quoq; comes est, & occumbant licet  
Aut uitam agant, eatamen haud unquam perit,

Anapæstici dimetri.

P H. O quam uocem exoptatam mihi  
Misisti, longum post tempus  
Apparens. Non ego uerbis tuis  
Refragabor. N E. Et ego sententia huic  
Assentior. H E R. Haud igitur nunc diu  
Facere hoc quod iubeo cunctemini.  
Siquidem præsens opportunitas  
Cursum festinum à puppi uocat.  
P H. Age nunc ibo, regionemq; hanc  
Ante salutabo. Vale ô teclum  
Mea multos annos custodia,  
Et nymphæ pratenses humide,  
Fortisq; fragor ponti oppositus,  
Vbi sæpe meum permaduit caput  
Antro recumbans uerberibus Noti,  
Vocemq; remisit sæpe meam,  
Hermæcum mihi promontorium  
Gemitumq; afflicto mutuum  
Tempestate. At nunc ô fontes  
Et aquæ dulces, uos deserimus,

Deserimus

Deserimus uos, cuius nobis  
 Nunquam in mentem uenit opinio.  
 Lemnia terra uale, circumdata  
 Vtrinque mari, atque secundo me  
 Cursu dimitte inculpabilem,  
 Quo fata ferunt et amicorum  
 Consilium, atque omnidomans dæmon,  
 Cuius dispositu haec sunt facta.  
**C H O.** Nunc ergo discedamus simul  
 Maris exorantes Nymphas, uti  
 Reditus seruatrices adsint.

**F I N I S.**

**L A V S D E O E T D O M I**  
 no Iesu Christo.

ERRATA LECTOR,  
sic corrige, A. significat paginam  
primam, B. secundam.

In p̄fatione, folio 3. B. linea 21. lege simulac fol.  
6. B. linea 6. nimis.

In luda & sequentibus.

Fol. 1. B. uer. penultimo, lege, arbitrer. fol. 3. B.  
uer. 16. bono, fol. 4. A. uer 15. Proferto. fol. 8. A . uer.  
15. fauentum. fol. 13. A. uer. 10. Inueniam ubi. fol. 15.  
A. uer. 1. dabant, uer. 18. molestos, fol. 21. A. uer. 19.  
undena, fol. 24. A. uer. 13. Adonio, fol. 25. B. uer. 5.  
animos. fol. 27. A. uer. 24. id, fol. 28. A. uer. 14. es  
uer. 20. limina, fol. 29 . A. uer. 22. Et corpus. B. uer.  
20. disperditus. fol. 30. A. uer. 17. foris. uer. 22. Hym-  
num. B. uer. 3 largissimis fol. 31. B. uer. 20. sed ut, uer.  
21. pane. uer. 22. idq;. fol. 34. B. uer. 20 . Eum ego uo-  
bis. fol. 35. A . uer. 22. dele, N A . & ad principium  
uersus sequentis pone, fol. 37. A . uer 3. perderetis.  
fol. 38. A . uer. 18 . Agmen, uer. 22. tardant , fol . 41.  
B. uer. 8. limine, fol. 44. A. uer. 20. altorem , fol. 51.  
B. uer. 17 . iaciens, fol. 58. A. uer. 10. opis, fol. 59. A.  
uer. 7. data. fol. 65. B. uer. 19. annis, fol 68. B. uer.  
26. potest fol. 69. A. uer. 26. Somnus resolut compre-  
ditos,

ditos. B. uer. 20. præ. fol. 70. A. uer. 5. doctore, fol. 71.  
A. uer. 12. uiuum, uer. 26. pater, fol. 72. B. uer. 24.  
Animas, fol. 73. B. uer. 11. post eundum, pone, quo?  
Quò enim, uer. 12. Non iui, fol. 76. A. uer. 22. boana-  
tis, fol. 77. A. uer. 16. timiditate, uer. 24. libero, uer.  
26. Pelasgi, fol. 78. A. uer. 2. præponatur initio CHO.  
uer. 16. molimina, B. uer. 7. indicium, uer. 25. Sit, fol.  
79. B. uer. 5. uetes, uer. 9. conducti stata, uer. 11. ob,  
fol. 80. A. uer. 5. occidi, fol. 82. A. uer. 12. prefectos,  
fol. 83. A. uer. 17. dele, nos, fol. 84. A. uer. 1. scito. B.  
uer. 1. Pelasgos, fol. 85. A. uer. 14. Pelasgis. B. uer. 3.  
præpone initio. V L I. fol. 88. A. uer. 4. somnum, B.  
uer. 1. indicia, uer. 25. Pelasgorum, fol. 90. A. uer. 20.  
quod monti. B. uer. 3. filii, fol. 92. A. uer. 17. Portum,  
B. uer. 15. duxit, uer. 21. annis, fol. 94. A. uer. 10. Huc  
sponte. fol. 98. A. uer. 12. procidam. fol. 102. B. uer. 6.  
post uicinum, pone distinctionis notam, fol. 104. B.  
uer. 9. dele. P H I. fol. 108. B. uer. 24. Arcu uolentem,  
fol. 110. B. uer. 7. Egoq.

A 1480638  
CCN 66389251

1. *Leviathan* (1614) by Francis Bacon. A large folio volume containing the original manuscript of the first edition of Bacon's *De Natura Rerum*, followed by the printed version of the same work, and concluding with the *Leviathan*. The manuscript is written in two columns, with headings in red ink. The printed version follows the manuscript closely, with some minor differences in layout and punctuation. The *Leviathan* is a large, ornate title page at the end of the volume.